This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

H5006


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

BX
310
.H476



ΠΕΤΡΟϹ ΑΛΞΙΑΔΗϹ ΠΑϹΗϹ ΜΟϹΚΟΒΙΑϹ ΚΑΙ ΡΩϹϹΙΑϹ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.
Δέρκεό τοι Θεο ει δέα Κοίρανον Ἄλκιμον ἀιεὶ,
Πέτρον Αλεξιάδην, τε ϗ ἐν πολέμοισι μαχητὴν
Οὔφρεσὶ Βουλαῖς τ' οὔποτ' ὄπωπεν ὁμοίϊον ἄλλον
Ἐξ οὗ δ' ἠέλιος, λάμπει ϗ κύκλα σελήνης.

STATVS PRAESENS ECCLESIAE GRAECAE:

IN QVO ETIAM

CAVSAE EXPONVNTVR

CVR

GRAECI MODERNI NOVI TESTAMENTI EDITIONES IN GRAECO-BARBARA LINGVA FACTAS ACCEPTARE RECVSENT.

PRAETEREA ADDITVS EST IN FINE

STATVS NONNVLLARVM CONTROVERSIARVM

AB

ALEXANDRO HELLADIO
NAT. GRAEC.

IMPRESSVS A.R. S. MDCCXIV.



SERENISSIMO

AC

POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

PETRO ALEXIADI

IMPERATORI

AC

MAGNO DVCI MOSCOVIAE

NEC NON

TOTIVS MAGNAE PARVAE

ET

ALBAE RVSSIAE

AVTOCRATORI

387993

QVIN ET
MVLTARVM ALIARVM
ORIENTALIVM OCCIDENTALIVM
AC
SEPTENTRIONALIVM
PROVINCIARVM
ATQVE
REGIONVM
ANTIQVO HAEREDI
REGI
ATQVE
MONARCHAE
INVICTISSIMO
ETC. ETC. ETC.
ECCLESIAE ORIENTALIS ORTHODOXAE
GRAECORVMQVE
DEFENSORI ΥΠΕΡΑΣΠΙΣΤΗ
AC
PATRI CLEMENTISSIMO
INDVLGENTISSIMO
SALVTEM PROSPERITATEM
AC
OMNIGENAM FELICITATEM!!

SERÆNISSIME
AC
POTENTISSIME
IMPERATOR,
DOMINE
LONGE CLEMENTISSIME!

Endit jam ad MAIESTATIS TVAE SACRATISSIMAE pedes, IMPERATOR INDVLGENTISSIME, tractatus de STATV ECCLESIAE

GRÆCÆ, quem MAIESTATI TVAE, circa anni proximè præterlapsi initium, imperfectum adhuc & quasi in cunis vagientem, in thermis Carolinis, exhibueram, ſecuritatem ac patrocinium tutelare MAIESTATIS TVAE REGIAE tum mihi, tum huic meæ opellæ humillima mente efflagitans, ut eo facilius adverſariorum impetui atque injuriis reſiſtere queam. Cui enim alii orbis terrarum Principi tractatulus noſter dicari ac conſecrari poterat melius aptiusq; quam SERENISSIMAE MAIESTATI TVAE, SVMMO Eccleſiarum ac Fidei Græcanicæ DEFENSORI? ex quo enim DEI permiſſu, Conſtantinopolis a Turcis occupata eſt, a Deo

ſi

ſi diſceſſero, ſolus ac unicus IMPERII MOSCORVM AVTOCRATOR, in quo quidem faſtigio TE, INVICTISSIME MONARCHA, magno Chriſtianæ rei cõmodo, SVMMVM NVMEN collocavit, TVTOR, CVSTOS, PATRONVS ac EVERGETA Fidei ac Eccleſiæ Græcorum reliquus manſit, quo fit, ut pro non interrupta atque perenni incolumitate TVA vota nuncupemus.

Quot etenim Templa, quotque Monaſteria ſummæque pietatis Seminaria Græcorum, in impiorum poteſtatem redactorum, TVIS quotidie ædificentur ac ſuſtententur ſumptibus; nemo ſane eſt, qui ignoret aut ignorare debeat. Imo vero,

MAIESTATEM TVAM congeſtas video.

ALEXANDER ille, cognomine Magnus, multa quidem poteſtati ſuæ regna ſubjecit, verum patrium regnum, cujus legitimus erat Dominus, derelinquens ἐξεβαρβάρωσε plane. TVA vero MAIESTAS non ſolum in bellicis rebus, cum PHILIPPO, tum ALEXANDRO MAGNO, fummis olim Macedoniæ Regibus, quorum res geſtas & bellandi peritiam, nunquam poſteritas ſat admirari potuit, palmam præripuit; verum & propriam PATRIAM tam brevi temporis ſpatio; quo eidem imperandi a Deo facultas conceſſa;

ita omnigenis ſtudiis, artibus liberalibus, inventis mechanicis adornavit, tot commerciorum augmentis illuſtravit, tot navibus, tot Civitatibus, Caſtellis, inſtitutis militaribus ac juſtiſſimis legibus communivit, ut ſi in præſentiarum ſigillatim de omnibus hisce loqui vellem, vererer ſane, ne totum vitæ meæ ſpatium haud ſufficiens videretur.

Ita enim mihi res a MAIESTATE TVA egregie geſtas penitius intuenti infinita ſuccurrunt argumenta, ut quid prius, quidve poſterius hac in pagellarum anguſtia dicam, haud inveniam. In TE enim VNICO, ab omnibus hactenus recepta Platonis

nis ſententia ipſa re comprobata videtur: tum demum civitates felices futuras, cum aut Philoſophi regnant; aut Regnantes philoſophantur. Naturalis enim illa ac inſita in TE ſapientia divus illuminata, non ſolum Regem TE ac IMPERATOREM digniſſimum, verum et ſapientiſſimum oſtendit.

Sed cum hæc omnia præſentis anguſtiâ temporis haudquaquam capiat, in aliam aptiorem occaſionem laudes MAIESTATIS reſervabo TVAE. Interea SACRAM MAIESTATEM TVAM ſupplex precor, ut & opellam hanc & ipſum Autorem ad ſacros pedes Tuos proſtratum

tratum, ſereniſſima fronte regioque favore excipere, utrique protectionem TVAM clementiſſimam indulgere, imo integram Eccleſiam Græcam, matrem communem, POTENTISSIMO PATROCINIO complecti non dedignetur. Aeternum NOMEN in iſta TIBI parabis, quæ omnino pro ſalute TVA totiusque IMPERII TVI omnigena proſperitate atque felicitate, ardentiſſimis precibus defatigare DEVM nunquam ceſſat.

Certe ego exigua illius pars peculiari etiam labore eundem DEVM O. O. M. infinitis flectam precibus, ut MAIESTATEM TVAM IMPERATO-

RATORIAM ſumma cum proſperitate ac felicitate, cum in IMPERIO TVI, tum in Eccleſiarum Maximum Emolumentum, Felicem, Salvam atque Incolumem quam diutiſſime ſervare velit!

TVAE

SACRAE IMPERATORIAE MAIESTATIS

ſubmiſſiſſimus atque devotiſſimus ſervus

ALEXANDER HELLADIVS

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Lectori Benevolo A. Helladius
S. P. D.

MIraberis fateor, L. B. si frontem opellæ nostræ fugaci saltem intuearis oculo, utpote cum tot eruditissimorum Hominum de STATU modernæ ECCLESIAE GRAECAE extent volumina, quid amplius de ea referri possit? Procul omni dubio, me cramben, quod Medicorum ajunt filii, bis coctam Tibi appositurum existimabis. Verum enim vero cessabis mirari, si totum huncce Tractatum nostrum diligenter ac sepositis præjudiciis perlegeris, & bene accurateque rem ipsam perpenderis. Magna quidem ac quam plurima volumina hujus argumenti congesta esse non eo in-

)( )(ficias

ficias, verum eadem maximam partem malis punicis, quæ in littoribus lacus Aſphaltitis læto proventu creſcere referunt ſcriptores, ſimillima eſſe contendo. Ut enim illa, cum formatum magnitudine aſpicientes primo intuitu mirifice delectant, fracta tamen nil niſi fumum ac cineres exhibent. Simili prorſus modo magna de Græca Eccleſia quæ proſtant volumina nonniſi fumo ac fuco ſunt repleta. Quod ſi aliquid boni malis ſit mixtum, id tamen omne ita calumniis, in quibus diffuſiores magis hi ſunt Auctores, obruitur & obſcuratur, ut ne ſpeciem quidem bonitatis præ ſe ferre videatur. Non igitur fruſtra Vir oculatiſſimus (a) Henricus Hilarius conqueritur, dicens: „ Nam ſi hic dicendum, quod res eſt, Deum immortalem! quas nugas, quæ ſomnia nonnunquam, cum ſermo de Eccleſia hodierna Orientali incidit, audimus à multis etiam eruditis proferri? ita quidem, ut ex mille vix unum reperias, qui certi quid de ſtatu Eccleſiæ Græcæ poſſit referre &c. Sed

(a) Vid. ejus Præfat. in Philip. Cyprii Chronicon.

Sed cum Vir hic prudentiſſimus anno, ni fallor, MDCLXXXVI. extremum obiit diem, latuerunt ipſum recentiores ſcriptores, qui, quaſi novi Catones de cœlo delapſi, ingenti ſane labore Eccleſiarum ac Gentium Græcanicarum arcana orbi erudito revelare conati ſunt. Eo enim loco habendi ſunt Viri celeberrimi Dn. de la Croix, Thomas Smithius & ejus coætaneus Ricautus; ut taceam Viros clariſſimos, JOHANNEM FECHTIUM, & JOH. MICH. HEINECCIUM, qui cum nunquam pedes extra patrios limites moverunt, tanta tamen de Eccleſia Græcanica ſcribere haud gravati ſunt! Hæcce forte & alia objicient adverſarii, verum enim verò, hac objectione nunquam hercle! mortalium quisquam veritati Hilarianæ ſupra citatæ ſententiæ derogare poterit, cum ea ſemper firmo innixa talo firmiſſima maneat. Nam quam miſere ſtatum Eccleſiæ Græcæ de la Croix detorqueat, non eſt ut meum hic addam ſuffragium, cum Thomas Smithius id, quod nos diceremus, jam occupaverit, dicens: „Ex horum autem numero

„plane excipiendus est nuperus scriptor
„Gallus, qui, quasi novus Cato de cœlo
„decidisset, orbi litterario arcana hacte-
„nus ignota revelaturus rhapsodiam
„titulotenus, etat presént de nations
„& Eglises Grecque &c. (a) nulla ar-
„te, judicio nullo contextam in publi-
„cam lucem nuper inauspicatis avibus
„extrusit. Sane pudori & famæ suæ
„non inepte consuluit, quæsita apud
„indoctam plebem industriæ in rebus
„miris & plane novis, ut ipsis pro fa-
„tuitate sua videbuntur enucleandis,
„collocatæ laude, quod non Latine sed
„Gallice scripserit, acrem censuram e-
„ruditorum, illam linguam neutiquam
„callentium, quibus istæ ineptiæ sor-
„derent, hoc modo facile evasurus &c.
Hæc Thomas Smithius non absque ra-
tione adversus de la Croix, quem nihi-
lominus sæpe à plurimis eruditis cœco
impetu laudatum audivi, ceu unum ex
melioribus scriptoribus, qui de statu
hodierno Ecclesiæ Græcæ quicquam
memoriæ prodiderint. Sed an Thomas
Smithius, qui vanum jactatorem Gallum
accu-

(a) i.e. Status præsens Nation. & Eccles. Græcar. An. 1693

accurate adeo delineaverat, immunis ab hac culpa? Profecto si dicendum, quod res est, quinquaginta & quod excedit errores ejus demonstrare in præsenti poteram, si id temporis & pagellarum pateretur angustia. Sane in omni tractatu acerrimum equidem Reformationis defensorem se gerit, non vero status Ecclesiæ ἀπλοϊκὸν plane historicum. Quantas enim maculas hodiernæ Ecclesiæ Græcæ inurere conatus sit, dum futiles nonnullas Cyrilli opiniones summo impetu ac fervore defendere allaborat, patebit cuilibet, qui, relictis præjudiciis, ipsum Smithii tractatum accurate examinare voluerit. Quid? quod neque ipsemet de suis opinionibus certus esse videatur, cum ab aliis subsidia petere soleat, sensu aliquando plane contorto. Quam verò acerrimos censores hoc ipso excitaverit, non est quod multis exaggerem. Patebit enim per quam facile, si quis ejus primam, secundam ac tertiam editionem in unum conferret, inveniet sane τὰ τῶν νυσταζόντων πάσχειν jam ἀνανεύοντα, jam κατανεύοντα multa addere, alia retractare, de plurimis dubitare.

Neque ſe perfectam Eccleſiæ Græcæ deſcriptionem nobis tradidiſſe ullo modo ipſe Smithius Lectori perſuadere vult, cum dicat: „ Saltem ardor iſte ac „ acre deſiderium Græcorum res peni„ tius explorandi aliquantillum levabi„ tur, donec exoriatur aliquis è noſtris, „ qui per longam in Oriente moram, „ validis tum induſtriæ tum judicii præ„ fidiis ad id operis aggrediendum in„ ſtructiſſimus, vel potius quod mal„ lem, Græcus quiſpiam eruditus ex „ Archivis & monumentis ſuæ Gentis „ Eccleſiam Græcam tenebris delite„ ſcentem in lucem tandem aliquando „ proferat. Eruditum hunc Græcum, quem potius mallet Thomas Smithius non ſolum Neander ad Cruſium ſcribens, flagrantiſſimo expectavit deſiderio, verum & ſupra jam laudatus Hillarius (a) magnopere deſideravit; Qui cum hactenus nondum apparuerit uſpiam, magna illa volumina, ab exteris de Statu Eccleſiæ Græcæ conſcripta nonniſi fabulas ac ſomnia, ut inquit Hilarius, in ſe comprehendere certum eſt. Nam

(a) Vid. ejuſd. Præfat. in Chronicon Phil. Cyprii, ſupracit.

Nam quî quæſo poſſibile eſt, ut hi exteri veram nobis ac perfectam Status & Eccleſiæ Græcanicæ hiſtoriam tradere queant, qui cum linguæ antiquæ tum Græcæ modernæ ac Turcicæ, quæ apud plerosque Græcos in vernaculam fere evaſit, ignari ſint, & unius alterius-ve anni ſpatio non modo Romaniam, Thraciam, Moldaviam, Wallachiam, Bulgariam, Albaniam, Macedoniam, Epirum, Theſſaliam, Atticam, Peloponeſum & alias inſulas ac peninſulas, verum totam Aſiam majorem ac minorem, Perſiam, terram ſanctam, Ægyptum ac Æthiopiam volatu hirundinis percurrere ſoleant? antiqua quidem monumenta, atque ædificiorum ſplendorem, vel vilitatem, ſat accurate delineare poſſunt, verum in Statu eccleſiarum Orientalium earumque dogmatibus deſcribendis omnes ferme cæcutiunt. Unde igitur tanta de eccleſia Græca hauſerunt? dicam breviter: ex Leone Allatio aliisque hujus farinæ hominibus. Allatius equidem librorum eccleſiaſticorum, quos vel viliſſimus Græcorum Canonarchus vel Anagno-

ſta, non ignorabit. notitiam ſat bonam habuit, verum neque in patriarchali eccleſia quadam vixit, neque ephemerides, quæ in dies eo ab omnibus Archiepiſcopis, Metropolitis aliisque præſulibus mittuntur, ſelegiſſe unquam gloriari poteſt.

Quum igitur Thomas Smithius, alioquin diligentiſſimus rerum Græcanicarum ſcrutator tantum aberret à ſcopo vero, ut non ſolum diligentiorem ſcriptorem expectet ipſe, verum etiam ob commiſſos in libris ſuis errores (a) veniam petat. Quid de nobili Ricauto dicendum erit, qui nobilis & in deliciis educatus, quicquid in ſuo obſervavit itinere, nonniſi voluptatis ac animi gratia luſtravit, id quod non ſolum ex ſcriptis ejus patet, ex quibus ſi hiſtoriolam inſularum in mari mediterraneo, atque montis Athonis, Demas, plane jejunus eſt, (& ſi de Statu ac Religione quid protulerit, id jam ſæpe ab aliis Controverſiſtis, quos vocant, decoctum eſt) verum etiam ex ejuſdem præfatiuncula,

(a) vid. Præfat. 2, tertiæ editionis circa fin. Trajecti ad Rhen. An. 1668, quam ſupra ſecundo loco citavimus.

la, quam Hiſtoriæ Status Armenicarum eccleſiarum præfixit, ubi poſtquam ſubmiſſiſſime veniam à Lectore petierit, quod neutiquam deſideriis ejus plene ſatisfecerit, Doctoribus ſuis rerum ignorantiam adſcribi petit, dicens: * Nullum diſcipulum ablegatum eſſe ad ſuperandum magiſtrum ſuum: Quod Viros Clariſſimos Fechtium & Heineccium ſpectat, ne quidem lectione (ne quid magis amarum dicam) nedum fide dignos exiſtimo. Et ſane omnem illam fabulam, quam Thomas Smithius de Gallo Scriptore, de la Croix ſupra cecinit, hanc ipſam mutato nomine, totam de hiſce Viris cantare poſſumus. Cum enim illi, qui eas regiones petierunt, tam procul ut ſupra vidimus, à veritate aberraverint, quid de Fechtio atque Heineccio dicendum veniet, qui unicum habentes finem, quo ſummo odio Græcam exponere poſſint Eccleſiam, ex aliorum libris, quicquid putidi commenti invenire potuerunt, in ſuas congeſſerunt pagellas? Imò verò ſæpe numero etiam id, quod ab

hiſce eorum Ducibus hiſtorico ac ſimplici modo prolatum fuit, in malam detorquentes partem, novas ſtruxerunt controverſias: ut taceam jam utriusque *immodicum zelum*, *qui* (ut Thom. Smithii verbis utar) *ſi careat Chriſtiana charitate, ratione & ſapientiâ, directricibus, mutato nomine inſania nuncupari debet, cujuscunque communionis in ſacris ſint ejuſmodi ignei Zelotæ.* Hoc ſane zelo non ſolum de la Croix ac Smithius ipſe, verum etiam boni Viri, Fechtius, atque Heinneccius correpti in eccleſiam Græcam tanquam rebellem, blaſphemam, hæreticam, impiam, ſchiſmaticam, rudem, barbaram ac novam paſſim debacchantur.

Hæc ſunt, Lector Benevole, quæ me ad hunc laborem ſuſcipiendum perpulerunt, quibus titulus ille magnificus acceſſit, quem ſummo me honore proſequentes Viri eruditiſſimi, in Actis Lipſienſium Germanicis parte, ni fallor, ſeptima, ante duos jam annos inſeruerunt; Ille enim ad hunc librum

brum conſcribendum, de quo antea nihil cogitaveram, tandem me commonuit, cum illud calcar omnino addidit addito nomine, quod ne ſomniatus quidem ſim unquam, ut, mutato nomine, in poſterum de aliis integram cantare poſſim fabulam. Neque tamen plane & κῆ πόδα Johannem Fechtium ac Jo. Mich. Heinneccium in præſentia ob injuriam temporis refutare licuit, quod in poſterum forte per omne fas licitum erit, ſi Deus otium ac vitam dederit: ex hactenus tamen tum in hac præfatione, tum in ipſo Tractatu paſſim de utroque dictis facile & de aliis, quanta emendatione opus habeant, colligere poteſ.

Quod ſi ea, quæ Capite ſecundo, pag. 18. 19. occurrunt, duriuſcula videantur, vélim ut excuſatum me habeant; Homo enim ſum, & nihil humani à me alienum eſſe puto; Quod ſi quid etiam contra veritatem peccaſſe viſus fuero, piorum ac modeſtorum Virorum monita lubens profe-

cto

cto expectabo. Quicunque autem ad calumnias se convertere, meque injuriosis proscindere verbis audebunt, hos Socratis, λακτίσεις (a) spernens flocci pendo. In me etenim quascunque calumnias prolaturi sunt, parvi omnino facio; Verum si contra veritatem, relicta verecundia, deblaterandi in postetum finem non facient, nullo modo iis parcere potero. Imo, hac ipsa occasione ab hisce primum oblata pomum ἔριδος inter Græcos meos projiciam, ut sentiant, eos non ita barbaros ac illiteratos esse, uti quidem hactenus opinati sunt.

Stylum geniumque quod attinet Latini Sermonis hujusce Opusculi nostri, tantum B. Lectorem monemus, quantum A. Albinus, qui gesta Romanorum oratione Græca scripsisse fertur, principioque suæ historiæ, eundem admonuit, hoc est: neminem succensere mihi convenire, si quid in hac opella parum composite aut minus

(a) Vid. Plutarch. de Puror. Institu.

minus eleganter ſcriptum foret. Nam ſum homo Græcus (vel ſi mavis Barbarus, ne opinionem nonnullorum fallam) in Theſſalia non Latio natus. Latina oratio à nobis alieniſſima eſt, ideoque veniam gratiamque malæ exiſtimationis, ſi quid eſſet erratum, poſtulo. Quod ſi mihi id, quod M. Cato Aulo, objicies: Me nimium nugatorem eſſe, cum malui culpam deprecari, quam culpa carere; Nam petimus veniam, aut cum imprudenter erravimus, aut cum compulſi peccavimus: Te verò Helladi, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, peteres ut ignoſcatur? Modeſta quidem objectio; At ego tamen neque Latinam orationem oſtentandi cauſa, ut Aulus in Græca quæritabat, neque gloriolam inde aliquam capeſſendi cupidus huncce laborem in me ſuſcepi, alioquin Græce ſcripſiſſem, civibusque meis lectum miſiſſem, à quibus honores non leves & gloriam facile expectare poſſem, ſed patriæ veritatisque amore

more compulsus, huncce libellum Eruditorum lectioni qualiquali Latino sermone conscriptum subjeci, nihil penitus de adorea quadam cogitans. Vale, Lector Benevole! & conatibus nostris faveas, oro obtestorque.

Dabam in inclyta Universitate Noricorum, An. D. 1714. ipsis diebus Paschalibus, more vetusto.

Doctri-

* * *

Doctrinæ Alma Parens, tot nobilis artibus Hellas,
Tu, quæ Mæonium vatem, Demosthenem & Illum
Quem fertur laudasse Tripus, divumque Platonem
Atque alios, docta gentis fœcunda tulisti
Innumeros generis magna ornamenta Pelasgi,
Jamne effœta adeo vires Tibi? Nulla supersunt
Jam decora? atque meros Thersites atque Timonas
Infaustos fundis? merito Te, Barbara Tellus
Fœda superstitio funesta compede vinxit.
Proferre has voces & tristes edere planctus
Fœmina visa mihi, cum propter culmina Pindi
In sacris aliquando jugis umbraque cubarem.
Accessi subito, & cur, inquam, pallida luges,
(Scilicet agnovi multum,) Germaniæ mater,
Quo mœsti tendunt questus? qua causa doloris?
Librorum cumulum lacrymis monstrabat ebortis

Illa

Illa, nec addebat vocem; contemplor acervum:
Tum Croiſi, Smithii, Ricauti nomina primum
Inde etiam vocors Seraphim, profunguque Coletti
Atque alii occurrunt. Congeſta volumina muri
Prabebant ſpeciem, verum minus ipſe videbam
Firmato & variis ea Mœnia pervia Rimis.
Quam forte elapſus radius monſtraverat, unam
Occupo, luſtro oculis, ac vix luſtrare licebat:
Nam præſtans facie, mediaque in luce repoſta
Diva (vocant homines verum) ſacra Regna tenebat
Atque Locos latos, radios ſparſura per omnem
Pindum, ni præceps arceret lumina Murus.
Forte aderat quidam Germana ex Gente Sacerdos
Infelix miſeræ ſapis fabricator & iſtum
Allato grandi Librorum faſce ſtruebat
Murum; vah! quantum timui, ne cuncta perirent.

Nec

Nec mira: nutarunt nimio jam pondere
preſſa
Mœnia & ingentem tandem traxere ruinam.
Auffugi, ſubduxiq; caput; Tum Diva patenti
Reſtitit in campo, claraque in luce refulſit,
Blando ſubridens vultu; dehinc talia fatur
Quo vos, o miſeri, quo jam molimina caſu
Veſtra ruunt? Et tu Germania, parce dolore,
Ne cudas Tripoda effari, quacunque ſiniſtris
Garrula Fama Viros docuit ſermonibus iſtos.
Exſurget certe Gracis ex oſſibus ultor,
Inque tuo, Dilecta, ſinu, me præſide, doctis
Exponet chartis: Longa eſt injuria, longæ
Ambages, ſed ſumma leget veſtigia rerum.
Hæc dicens dextram Patriæ porrexit & illam
In ſacros lætam perduxit divam receſſus.
Mirabar certe, quidnam portenderet iſtud,
Donec in has Phœbi ſedes, Pindique vireta
Norita delatus, Te, Vir clariſſime, ſacras
Præclaræ hiſtorias Patriæ conſcribere vidi,
Tu triſtes tenebras & tetras diſcutis umbras
Tu lucem affundis, variisque erroribus olim
Clauſum iter & veri fulgentia limina
pandis.
Quid Tibi pro tantis meritis Germa-
nia? (Gentes
Ut reliquas ſileam, pariter quas munere tanto

Instruis) ore pio Tua certe Encomia dicet:
Quod si qui fuerint media quos luce repostos
Non piget umbrarum, invidia rumpatur iniqua,
Dum superes, bustisque Tuis, quæ sera precamur,
Inscribant atris (licet id) carbonibus olim:
Improbus hic latitat Græcus: de crimine quæris?
Nos sapere & penitus Res Græcas nosse coegit:

Alexandro Helladio Græco,
A. E.
G. C. G. V. S.

Nobilissimo atq; Doctissimo
Domino
Alexandro Helladio,
Amico suo, & Conterraneo suavissimo, gratulabundus P. S. D.
Anastasius Macedo, *Nausensis,*
Inclytæ Regiæ Societatis Borussiacæ
Membrum.

Οὖλε τ' Ἀλέξανδρος καὶ χαίροις αἰὲν ἄμεινον,
Ἑλλάδος ἐσσὶ κλέος χ' ᾄδε Θεσσαλίης.

Καί

Καὶ σε φέρον γὰρ Μοῦσ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ὁ-
ρᾶσθαι,
Κάλλος ὀλυμπιάδων, ἱζόμενον σοφίῃ.
Γερμανίοις ὀμφὴν σῆς ἄφθονον Ἑλλάδος ἦγες,
Καὶ φίλαν ἑλλαδίοις πάτραν ἐὼν τελέεις.
Εὐγχαίρω τοι, καὶ πάλιν αὖτ' ἐρέω τεῦ χαί-
ρειν
Πάτρῃ καλλίστῃ, τέμπε, ὦ οἷα φέρει.
Θρέψε πάλαι πηλείδην, καὶ θάψ' Ἱπποκράτην,
Τὼ διόδεν γεγάατ' Ἄλκιμοι Ἰατέρων.
Τοὶ δὲ καὶ αὐτέῳ Ἰατρίης ὄχα φρεσσὶ μέμηλε,
Καὶ γνῶσιν Βοτανῶν ἔξοχα φρεσσὶ φέρεις.
Ἱπποκράτης ἄρ' ἔοις, καὶ Ἀλέξανδρος θεοειδής,
Τοῦ δ' ἐπειή τε δέμας τιτθὸς ἐὼν φερέεις.
Ὡς γ' ἕλλην δὲ σοφὸς πολλῶν ῥ' ἀντάξιος
ἄλλων,
Ὦ καὶ Ἀλεξάνδρου, κάξιε Θεσσαλίης.

INDEX CAPITUM de Statu Eccleſiæ Græcæ modernæ.

CAPUT I.

De Græcorum Typographiis Conſtantinopoli & Venetiis, & de Libris ibi impreſſis. pag. 1.

CAPUT II.

De Typographia in Walachia, & de Libris ibi impreſſis. 10.

CAPUT III.

De Scholis Græcorum, & Libris, qui in Scholis tractantur, & qui ibi ſunt, Præceptoribus. 21

CAPUT IV.

De Græcorum Gymnaſiis, Methodoque aliora

tiora tractandi Studia. pag. 42.

CAPUT V.

Quidnam Græci de Gente Eruditioneque ſua ſentiunt. 63

CAPUT VI.

In quo oſtenditur, Plebem Græcorum, non minus ſacros Scripturarum codices intelligere, quam quilibet plebejus Germanus, in pura Germanica Lingua conſcriptos. 68

CAPUT VII.

In quo demonſtratur, Græcam Linguam modernam aut parum aut nihil ab originali Lingua Novi Teſtamenti deflectere, & de Scripturarum lectione. 97

CAPUT VIII.

In quo ſpecialia quædam notantur, & de modernorum Græcorum Poëtis. 117

CAPUT IX.

In quo exponuntur cauſæ, cur hæ vulgares editiones Novi Teſtamenti à Græcorum Patriarchis rejectæ ſint. 133.

CAPUT X.

In quo breviter de Græcorum pietate agitur. 142.

CAPUT XI.

De Jejuniis Græcorum levis Reſponſio. 166.

CAPUT XII.

In quo oſtenditur, Græcam linguam modernorum Græcorum non eſſe ubique eandem & univerſalem. 186.

CAPUT XIII.

In quo ordine Alphabetico vocabula nonnulla

la exponuntur, oſtenditurque, diverſis in Græcia regionibus diverſas etiam habere ſignificationes. 193.

CAPUT XIV.

In quo excipiuntur voces, quæ Italo-Græcis quidem maxime uſu veniunt; Græcis verò Continentem inhabitantibus plane ignotæ ſunt. 203.

CAPUT XV.

In quo oſtenditur, Novum Teſtamentum in Græco-Barbara Lingua editum, hujuſmodi vocibus, quæ in aliis quidem Regionibus notæ in aliis vero plane ignotæ ſunt, haud carere. 226

CAPUT XVI.

In quo vita ac geſta Seraphimi Mitylinenſis Sancta Conſcientia exponuntur, Epiſcopique Græcorum ab ejuſdem injuriis vindicantur. 249

CAPUT XVII.

Quo Maximi Calliopolitæ Metaphraſeos erro-

errores obiter examini subjiciuntur. 292.

CAPUT XVIII.

Quo tertia quoque Halensis Novi Testamenti editio obiter examinatur. 322.

CAPUT XIX.

In quo ὑπομνήματα, sive Annotationes nonnullæ Don. Liberti Colletti in editione Halensi refutantur. 343

INDEX

INDEX AUTORUM,
Quorum
in hoc Opuſculo mentio facta eſt.

A.

Æſopus.
Agapius Cretenſis.
Ammonius.
Anaſtaſius Macedo Nobil. Græcus.
Anaſtaſius Cæſarienſis.
Athanaſius Magnus.
Athanaſius Cremona.
Anthemius Ibirenſis.
Antonius Magnus Herémita.
Antonius Guill. Boëhmius.
Applanus Hiſtoric. Alex.
Aphthonius Sophiſta.
Apollonius Tyrius.
Archimedes.
Ariſtophanes.

Ariſtoteles.
Auguſtus Herman. Franck.

B.

Barlaam.
Bellarminus Cardinal.
Benjamin. Woodroffius.
Blezunius.
Baſilius Magnus.
Buddæus. pag. 62.

C.

Callinicus Patriarch. Conſtantinop.
Chriſtophorus Fürerus,
Chriſtophorus Angelus.
Chryſoloras Grammaticus.
Chriſtian. Wolfius, Math. Hal.
Conſtantinus Laſcares.
Corydallus Athenienſis.
Chryſoſtomus.
Cyrillus Lucaris Patriarch. Conſtantinopolitan.
Cyrillus Berrhær. Patriarch. Conſtantinop.

D.

Doſitheus Patriarch. Jeroſolymit.

De

De la Croix Gallus.
Demetrius Mercator Græcus.
Demetrius Philippopolitanus.
Dionyſius Tyrnablenſis:
Demoſthenes Orator Athenienſ.
Demetrius Zeno-Zacynthios.
Don Liberio Colletti.

E.

Edwin Sandis Eques Anglus.
Edoardus Brerewodus.
Euripides Tragicus.
Euclides Mathematicus.
Euſebius Hiſtoricus Pamphil.
Euſtratius Joh. Jaluwiski.
Euſtachius Placica Medicus Bucureſt.

F.

Franciſcus Profalentes Diacon. Corcyr.
Farentinus Mercator Anglus.

G.

Gabriel Presbyter.
Gabriel Seberus.

Ga-

Gabriel Contianus.
Georgius Aptal.
Georgius Vehlavius.
Georgius Coreſſius.
Georgius Greenias.
Georgius Humnus.
Giov. Ant. Pazzaglia.
Gregorius Nazianzenus.
Guill. Cave.
Guill. Mylord. Pagett.
Guſtav. Georg. Zeltnerus.

H.

Hieronymus S.
Hieronymus Hirnhaim.
Hermogenes Rhetor.
Henricus Ludolphus.
Hoffmans Waldavius.
Homerus.
Hephæſtion.
Hornbeccius.

I.

Jacobus Spon. Med. Doct.
Jeremias Sacerdos Græcus.
Jenkinus Thomaſius.

Igna-

Ignatius Phytianus.
Johann. Guill. Bajerus.
Johann. Commenus.
Johann. Olearius.
Johann Fechtius.
Johann. Michael Heineccius.
Johan. Langius.
Johan. Michael Langius.
Johann. Damaſcenus.
Johann. Peccator.
Johann. Luhnius.
Johann. Tribbechovius.
Johann. Calvinus.
Johann. Aptal.
Johan. Bugenhagen.
Iſocrates.
Juſtinus Hiſtoricus.
Joh. Conr. Zeltnerus.

K.

Küſterus.

L.

Leo Allatius.
Leibnizius.
Lucianus Samoſatenſis.

M. Ma-

M.

Macarius Ægyptius.
Matthæus Chronographus.
Maur. Guill. Böhmerus Noriberg.
Matthæus Tzegala.
Meletius Patriarch. Alexandrin.
Maximus Peloponneſenſis.
Marcellinus.
Martinus Cruſius.
Magiſter Rogerus Bourchier.
Metakas Monachus.
Metrophanes Critopolus.
Morhoffius.
Maximus Calliopolita.
Manuel Glezonius.
Michael Metrus Johannenſis.

N.

Nectarius Patriarch. Jeroſolym.
Nilus Archiepiſc. Theſſalonicenſis.
Nicomachus Jeraſenus Archm.
Nicephorus Xanthopolus.
Nicolaus Nicolai Pariſienſis.
Neophytus Archiepiſc. Philippopolit.

P.

Panagiatacis Sultani Interpres.
Petrus Bellonius Parisiensis.
Petrus Malbergius.
Petrus Allixius.
Phalaris Tyrannus.
Pindarus Poëta Thebanus.
Polybius Historicus.
Porcius Italus.
Parthenius Patriarch. Constantinop.

R.

Ricautus Eques Anglus.

S.

Scuphus Corcyrensis.
Sebastus Trapezuntius.
Seraphimus Mitylinensis.
Simon Thessalonicensis.
Socrates Historicus.
Sophocles Tragicus.
Stamus Calophetis.
Stephanus Constantinus.
Stephanus Curcellæus.

Sugdo-

Sugdones Johannenſis.
Syneſius Epiſcopus Cyrenæ.

T.

Terentius.
Theocritus Poët. Doricus.
Theodorus Beza.
Theodorus Moſcopulus.
Thomas Smithius Angl. Presbyt.
Thucidides Hiſtoricus.

V.

Varinus Phavorinus.
Wagenſeilius.

Z.

Zonaras Hiſtoricus.
Zoſimus Hiſtoricus.

W.

Wolffgang. Gundlingius.

CA-

CAPVT I.

In quo de Typographiis Græcorum Conſtantinopoli & Venetiis, & quinam ibi imprimantur libri, agitur.

QVia inſtitutum præſentis opuſculi non aliud eſt, quam Apologiam de rejectis Novi Teſtamenti translati in Græco-barbaram linguam, editionibus ſuſcipere, ère noſtra fore puto, ſi prioribus nonnullis capitibus ſtatum hodiernum Græcorum Eccleſiæ breviter ac ſuccincte & quantum hæcce pagellæ capere poſſunt, prius enucleem; Inprimis autem ſi hocce in capite libros tum Eccleſiaſticos tum cæteros, quibus moderni Græci utuntur, obiter ſaltem recenſeam. Notum enim exploratumque omnibus Doctis ac Eruditis eſt, totum orientem ac ipſam univerſam Græciam prorſus carere typographorum prelis. Hoc unicum ſane ac præcipuum eſt; ut etiam in præfatione Grammatices noſtræ Græcæ, jam dudum conqueſti ſumus; quod modernam Græciam tam obſcu-

ram, tam rudem tamque odioſam literatis quibusdam reddidit. Nam ſane nulla ſub cœlo tam barbara invenitur regio, quæ non optimis gaudeat ingeniis, dummodo illa excolendi occaſio ab injuriis temporum haud præripiatur, qua cum hodierna Græcia, proh dolor! omnium maxime ſit deſtituta: Non miſericordia aut compaſſione, ſed odio imprudenter, certe atque indigna ratione, a quibusdam digna exiſtimatur, ruditasque Græciæ Antiſtitum ſocordiæ perperam a nonnullis Europæis adſcribitur. Sed hæc dicunt ii, qui mundi miſeriarum plane ignari ſunt! ſi enim easdem difficultates cum Græcis experti fuiſſent, aliter forte de Græcis ſentirent, quare impoſterum ceſſent, rogo iis ſummi Numinis in aliorum contumeliam ſuperbire beneficiis, & nobiscum Deo T. O. M. infinitas agant gratias, quod iis libertatem conceſſerit, Græcos autem hacce privatos benigne voluerit! ne forte hac ipſa ſuperbia iram Dei incurrant, qui permittat eadem cum Græcis pati, ut melius deinceps (inſtar Hungariæ atque Peloponneſi, quæ regiones illa experientia edoctæ ſunt, tritum illud veriſſimum eſſe τὰ παθήματα μαθήματα) de Græcis loqui diſcant. Sed hæc de Græcis modernis ſentiant rerum humanarum divinarumque ignari; Nos qui utrumque ſtatum pro-

be

be perſpeximus, quæ ſingularis Dei gratia eſt, non poſſumus non diſſentire ab eorum opinione: & dolendum prorſus eſt, quod mihi non liceat in contrarium illa retorquere & quidem in forma BARBARA, ut ita loquar, quæ Græcis obtrudunt adverſarii. Qui me norunt, ſciunt quorſum hæcce tendunt. Nam ut apertius dicam in præſentiarum haud mihi licitum eſt. Conati quidam ſunt olim mediocriter docti ac eruditi Græci, ut artem Typographicam divinitus inventam abuſuque jam ferme inquinatam, in Græciam quoque introducerent, at gens Turcarum barbara illa, & ferox non minus, quam rerum, quæ ad amplificandam rempublicam Chriſtianam multum, imo vero plurimum faciunt, invidia odioque plena nequaquam paſſa eſt, idque non aliam ob cauſam, niſi quod ſuæ Religioni timerent, ne tum inter ſubditos ſuos artes liberæ & omne eruditionis genus floret, facile religio eorum, una cum Imperio, ruinam pateretur. Haud enim ignorant Turcæ, quantam olim cladem erudita Græcia ſæpe Perſis intulerit; imo vero & moderni experientia edocti ſunt, quanta ex docta ac erudita Germanorum gente ſtrenuaque Venetorum republica, qua cum adverſus Turcas illa bella ingentia geſſit, perpeſſi ſunt; ut in præſentiarum taceam

illam ultimam ſuperiori ſeculo, ſub Pio Felici Romanorum Imperatore, Glorioſiſſimæ Memoriæ, LEOPOLDO, cædem, ubi plus quam centum quadraginta millium Militum una cum octodecim ſummæ dignitatis præcipuis Principibus, quos propria lingua *Paſſalar* vocant, hæc Turcarum natio jacturam fecit. Has, inquam, plagas, cum non ignorent moderni Turcæ a Doctis ac perpolitis ingeniis profectas, caute admodum cum ſubditis ſuis agunt, ac ne anſam ipſis adverſus ſe rebellandi præbeant, omne eruditionis genus, liberalesque artes, & exercitia Græcorum, ſummo proſequentes odio funditus avertunt, atque prohibent: Ita factum eſt An. Dom. MDCXXVII. Cum Metaxas, eruditiſſimus Græcorum Monachus, Typographium quoddam Græcum ſumtuoſiſſimum ex Anglia Conſtantinopolin deduxiſſet, qua de re plura videri poſſunt in vita Cyrilli, a Thoma Smithio, Anglicanæ Eccleſiæ Miniſtro conſcripta p. m. 92. Quanta enim ab hac gente tum temporis miſelli Græci perpeſſi ſint, nemo inter eruditos eſt, qui ignoret, aut ignorare debeat.

Aſt nec noſtra quidem tempora hujusmodi carent exemplo. Nam Seculo ſuperiori circa An. Dom. M DC XCVIII. Armeni Typographium literis elegantiſſimis Armenicis inſtructum

ctum Venetiis Conſtantinopolin duxerunt, illumque in diverſorio Mercatorum *Eskyveſir-han* dicto, accepta prius a Magiſtratu venia, collocarunt, ſed poſteaquam Mahomedani ſeditiones nonnullas inter Armenos oriri, ex hoc typographio perceperant, juſſu *Janizar-Agæ* a Militibus in nihilum illico redactum eſt, cujus rei cauſas omnes ad admirationem usque hic exponerem, niſi illarum enarratio non alteram quod ajunt, ſed plures alteras (ut ita dicam) faceret paginas. Hocce cum ſæpiſſime Græci absque ullo fructu tentatum iviſſent, pii tandem inter illos & eruditi Viri contenti fuerunt interea aliorum conſilio, qui ſupplices ad Venetorum invictiſſimam rempublicam venerunt: Andreas Julianus, & poſtea Nicolaus Sarus, & Glycys. Johannenſes præcipui Mercatores petentes; ut typographium quoddam ipſis erigere liceret, quo libros ſaltem precationum, Novum ac Vetus Teſtamentum, ad uſum quotidianum Græcorum, imprimere poſſent; quod haud invito animo Senatus Venetorum iis conceſſerit, quare & in omnibus ferme inibi Græcorum libris impreſſis ſubjicitur titulo: *con lizenza dè ſuperiori è privilegio.* Libri autem qui ibi imprimuntur, præter illos, quos Dn. CAVE peculiari Diſſertatione exponit, etiam ſequen-

tes ſunt. Matthæus κατ' ἐξοχὴν Chronographus dictus. Chronographus Arabicus, quem non nulli Græci in monte Sina impreſſum, neſcit quibus indiciis ut credant adducti opinantur Nam quia Mahomedis originem autor mirifice ex vetuſtiſſimis Araborum monumentis exponit, locus preli, quo editus eſt hicce liber in 4. ſat magnus, non additur. Præterea Juſtini in Hiſtorias Trog. Pomp. Epitomarum Libri XLIV. Cui annexus eſt Catechiſmus Card. Bellarm. ut puto, in Compendium redactus & in linguam vulgarem haud ita puram translatus, aliique profani libri, quales ſunt opera Homeri omnia, in verſibus politicis, quos vocant, una cum Iconibus. Æſopi vita & fabulæ. Bertoldi curioſitates; Spanus. Liber plane impius, quem nonnulli in contumeliam S. Chryſoſtomi, juſſu Eudoxiæ Auguſtæ ab Ethnico quodam concinnatum eſſe exiſtimarunt. Scuphi Corcyrenſis Rhetorica. Syntipas, ſive ſeptem Sapientes, quem librum parum mutatum Germanice hocce titulo legi: Die ſieben weiſen Meiſter etc. Nürnberg 1713. in 8. Grammaticæ etiam aliquot, inter quas præcipua, & quæ maxime per totam Græciam in uſu eſt, Conſtantini Laſcaris, & Cebetis Tabula; Etymologicum magnum nuper admodum elegantiſſime prodiit. Nec non

non Varini Phavorini Magnum Dictionarium apud Bartolum, An. MDCCXI. (a) Jussu Serenissimi Principis Jo. Constantini Bassarabæ & Jo. Mauro Coridati, ni fallor, Ammonii differentia Nominum, Carmina Pythagor. aliaque ejusdem argumenti, ad usum juventutis. Diu jam de concordantiis Græcis V. & N. Testamenti, opere triginta annorum, Reverendissimi Domini Sugdoris Doctoris Johannensis, spes nobis facta est, an autem interea excussum hoc elegans & Græcis expectatissimum opus fuerit, nec ne nondum mihi percipere licuit. Quid? quod etiam arithmetica Blezuni aliquoties ita prodierit, quæ tam sagaci ingenio concinnata est, ut omnes quæstiones, quas alias Mathematici methodo Algebraica resolvere solent, simplici quadam arte absque ulla difficultate resolvat. Apollonii etiam nonnihil in versibus me legisse, in juventute memini, sed titulus memoria jam excidit. Legi etiam libellum in 24. in vulgari lingua, sub hoc titulo: προσευχαὶ καθημεριναὶ, i.e. precationes quotidianæ, in cujus finem adjectæ sunt, precationes ante Confessionem, & Communionem, & post Confessionem & Communionem, liber apprimis juvenibus accommodatus; pro senioribus enim alius ibi An. MDCLXXXI,

(a) Vid. Neuer Bücher-Saal die XXV. Oeffnung. p. 1.

sub hoc titulo prodiit: συνταγμάτιον περιέχον καινότας τε καὶ ἐυχὰς ἱκετηρίους etc. Autore Matthæo Tzegala Cyprienſi, & præter hos alii plures, quos jam in memoriam revocare nequeo, cum decem jam anni ſunt, & quod excurrit, quod patriam non viderim. Sed cum hiſce temporibus magno optimi cujusque dolore! tot inter Chriſtianos ortæ ſint Hæreſes, ac Schismata, ut adeo ſuas quoque partes tueantur Græci, multa quidem ac erudita ſcripſerunt volumina, quibus non ſolum in alias graviſſime invehuntur Religiones, verum etiam S. Romanam Eccleſiam, mire offendunt; quos Libros nefas eſſet, ſi Venetiis, ubi Catholico-Romana Eccleſia dominatur, imprimendi venia iis daretur. Hoc enim eſſet hoſti in bello gladium mutuare. Prudenter factum eſſe, nemo Græcorum inficiatur. Nam fortaſſis & Græci item feciſſent, ſi fata aliter voluiſſent. Sufficit, quod ſaltem libros indifferentes, quos vocant, libere ibi imprimendi Senatus facultatem conceſſerit. At Græci hiſce largiſſimis beneficiis haud contenti; Principem Moldaviæ ſupplices adibant, illumque precibus fatigabant, ut Jaſſii, ubi Principis Sedes eſt, utpote loco remotiori a Turcarum invidia, Typographia quadam Græca exſtructa Miſeriis Græcorum, ob communem religio-

ligionem, clementer ſubvenirent; quod haud difficulter obtinuere. Primum librum ibi impreſſum, orthodoxam confeſſionem orientalium nonnulli exiſtimant; at mihi certo certius conſtat, illam cura Panagiotacis Magni Sultani Interpretis, (de cujus virtutibus, & amore erga gentem ſuam, plura apud de la Croix & apud Ricautum Equitem Anglum, de ſtatu Græcæ Eccleſiæ videri poſſunt) Pariſiis eſſe impreſſum. In Moldavia, ni fallor, hicce primus & ultimus liber eſt impreſſus. Epiſtolæ ad diverſas Græcorum Eccleſias Meletii Patriarchæ Alexandrini, quibus controverſiæ nonnullæ ejus tempeſtatis ſolvuntur. Georgii Coreſii Chienſis Diſputatio de Proceſſione Spiritus Sancti. NEILI Archi-Epiſcopi Theſſalonicenſis Libri Duo: quorum alter cauſas eccleſiarum confuſionis exponit; alter de Primatu Summi Pontificis agit; cui ad controverſiam melius decidendam annectuntur e Patribus & conciliis excerptæ ſententiæ, una cum breviſſimo colloquio ejusdem argumenti, Anonymi cujusdam, quem ſequuntur Duo Libri Doctiſſimi Barlaami. Alter de Primatu Eccleſiæ tractat, alter de Purgatorio, ſive de ſtatu Animarum poſtquam ceſſarunt eſſe in corpore ſuo. Ultimo denique quinque libelli Gabrielis Seberi Monembaſenſis, Epiſcopi

Philadelphiæ, de V. differentiis, inter Latinam & Græcam Eccleſiam. Conſtat totus liber 1¼ in quarto, typo nitidiſſimo Græco minimo, quem artis hujus cultores: *petit antiqua* vocare ſolent. Imo videntur non ſolum græcos characteres habuiſſe, verum etiam Latinos; præter enim Alphabetum, plurimæ etiam ſententiæ a Latinis Patribus, latinis typis expreſſæ ſunt. Prodiit tamen ipſe Codex, qui hæc omnia complectitur, absque loco & anno editionis, idque forte ideo, ne Turcis innoteſceret. Nam Princeps Moldaviæ Magni Sultani tributarius eſt. Sed cum hæcce regio injuriis Tartarorum infeſtaretur, & ob ſubditorum indomitam feritatem, Princeps multis contractis debitis auffugeret, in tantum hoc typographium decrevit, ut altero anno nec umbra ejus maneret. Nam Principis ſumtibus ſuſtentabantur, Socii, quare illo delapſo, & hoc evanuit, præter quod Moldavicis literis conſiſtebat, quodque hodienum floret.

CAPVT II.

De Typographia in Walachia & de libris ibi impreſſis.

Hisce ita male quamvis ſuccedentibus nunquam tamen Græcorum Patriarchæ aliique Me-

Metropolitæ ac eruditi homines, quibus maxima Patriæ cura eſt, tot periclis abſterriti, quietem agere voluerunt, quin alia excogitarent atque invenirent remedia, quibus hanc librorum inopiam ſublevare valerent. Ad Principem itaque Walachiæ ſe contulerunt ſupplicter obſecrantes, ut quia in Moldavia magnis periculis expoſita res haud feliciter ſucceſſerit, huic negotio tutelam patrociniumque ſuum benigne concedere vellet. Primus, qui hoc annuit Græcis, Princeps, Serbanus Boëbodas (cujus imaginem Regiam plane Majeſtatem præ ſe ferentem in Monaſterio Splendidiſſimo Cotruciani a ſe ædificato, non procul a Bucureſti, mihi ſæpius videre contigit) fuit, ut arbitror, ſed alii Patrem jam hujus, quod magis credibile eſt, fuiſſe conſtanter affirmant; ſub cujus auſpiciis, Mercada edita eſt, verſibus politicis; qui Hiſtoriam quandam comprehendit, quo pacto ditiſſimi Judæi Filia Mercada dicta, ad Amorem cujusdam Græci Juvenis pervenerit, a quo arrepta Walachiam aufugit, ibique poſt ſacrum ſuſceptum fontem uxor ejus facta eſt. Liber ſane & linguæ & verſuum & hiſtoriæ leporibus elegantiſſime adornatus, ut nihil dicam de pio modeſtoque inibi comprehenſo amore, qua occaſione etiam Judæorum ſtultitiæ

&

& mores mirifice exponuntur. Poſt hunc alius ligata oratione prodiit, qui Michael Bees vocatur, qui Princeps ante ſeculum & plures forte annos eximiis & Heroicis virtutibus conſpicuus, ita Turcas peſſundedit, ut ejus memoria hodieque inter ipſos immortalis maneat, atque Pontem Hadrianopoli ab ipſo exſtructum, quem Turci, *Michalbei Kyprüſy* vocant, Sultani Turcarum nunquam ingrediantur cauſam prætexentes frivolam, quoniam a Chriſtiano eſſet exſtructus, quaſi vero non innumeros pontes a Chriſtianis olim conditos ſæpe Turcarum Imperatores calcaverint. Comprehendit igitur hic Liber iſtius Principis virtutes atque geſta; in cujus calce deſcriptio omnium vitiorum & virtutum, etiam politicis verſibus ad uſum Serbani Boëbodæ exſtat. Serbano mortuo ſedem occupavit, qui adhuc in vivis, & vivat omni cum proſperitatis genere ad Neſtoreos annos! Princeps Sereniſſimus Joh. Conſtantinus Baſſarabas Boëbodas, Dominus meus longe Clementiſſimus, qui tantam curam huic Typographio adhibuit, ut illud in ſummum perfectionis culmen extolleret. Nam non ſolum Græcis characteribus, verum Walachicis, Ruſſicis, Bulgaricis, Turcicis, atque Arabicis elegantiſſimis & tanto Principe digniſſimis, adornavit. Certa enim ac largiſſi-

ma

ma ſtipendia Sociis, qui ut plurimum Monachi ſunt, ac ſupremo Typographiæ Præfecto conſtituit, idque non ex communi ærario. Nam hæc ſæpe una cum mutatione Principum, plane delentur; ſed certos illis agros, vineas, ſylvas, oves, boves, aliaque ad honeſte vitam ſuſtentandam prudentiſſime aſſignavit, & ad hæc omnia excolenda ſuo pretio a Tartaris famulos & ancillas emit; qui tanquam Typographiæ ſubditi ad multa ſecuta eis inſervire poſſunt. Charta etiam ex Officina gratis illis ſuppeditatur. Supremus hujus Officinæ Typographicæ præfectus, cenſor & Corrector, antehac fuit Reverendiſſimus Anthemius Iberenſis, Ordinis S. Baſilii Magni, jam ante V. annos & quod excurrit ob ſummam in eo eruditionem, totius Walachiæ Metropolita factus, cuius locum occupavit Reverendus Dominus Ignatius Phytianus, ejusdem ordinis & eruditionis. Plurimi quidem in hoc Typographio impreſſi ſunt libri, ſed cum nos, ut jam ſupra monui, diu in exteris Regionibus verſemur, plurimorum obliti ſumus, alios ignoramus, & præſertim illos, qui hac undecim annorum abſentia noſtra ibi impreſſi ſunt; illos vero, quos hisce manibus frequenter trivimus, facile in præſentiarum commemorare poſſumus. Sunt autem illi hujusmodi; Tomus

Aga-

Agapes, Autore Dositheo Patriarcha Jerusalymitano, de cujus Doctrina atque egregie gestis infinita haberem narranda, ex ungue tamen, ut ajunt, facile leonem cognoscet. L. B. 6 cap. XIX. Nobilissimi Ricauti de statu Græc Eccles. legerit. Hic Patriarchæ supremum obiit diem CVIII. anno ætatis suæ. Ante annos VII. circiter, de quo Ricautus supra citato loco ita loquitur: La maniére violente dont l'executa Do„sithée, Patriarche de Jerusalem, Prélat plein „de feu, plein de hardiesse, remuant, & entre„prenant, irrita infinement les Latins. Mais „leur colére se trouva entierement impuissante „faute de forces, pour venger. Et d'ailleurs, „tous les presens, qu'ils firent ou offrirent, „au Vesir, toutes les instances des Ambassa„deurs furent egalement incapables, de faire „revenir ce Ministre, qui demeura inexorable &c. Ejecit enim Latinos e templo Jerusalymitano, utpote quo in loco libertatem consecrandi, magno pretio Rex Gallorum & Summus Pontifex a Sultano emerat, neque ulla spes amplius *hanc licentiam* recuperandi mansit. Hic homo tanquam Patriarcha Jerusalymitanus, Moscoviam atque Georgiam aliquoties nomine totius orientalis Ecclesiæ petiit, ibique tanta gessit, ut incredibilia ejus opera videantur. Lin-

gua

uæ Tercicæ, Arabicæ, Moſcoviticæ, Georgi-æ, Græcæ & Latinæ, peritiſſimus erat. Multa jus ſcripta inedita manſerunt. Tomus Aga-es, de quo ſupra diximus, V. ni fallor Alphab. xſuperat, in folio magn. in Anglia quidem in Bi-bliotheca Botleiana, in Germania vero, in Biblio-theca Orphanotroph. Halæ, niſi me omnia fal-lunt, aſſervatur. Hic Patriarcha multorum aliorum ſcripta in Walachia imprimi curavit, quorum nonnullos hic recitare operæ pretium eſt: Simeonis Theſſalonicenſis Opera omnia. Nectarii Patriarchæ anteceſſoris ſui, quem libel-lum Petrus Allixius etiam latine imprimendum curavit, Londini. Errat forte in hoc Celeber-rimus Joh. Fechtius, qui hunc Jaſſi Græce im-preſſum exiſtimat. Enchiridion Controverſia-rum, ſive de V. differentiis Eccleſiarum *Orient.* & *Occident.* Maximi Peloponneſenſis in 4to. Errat itaq; rurſus Cl. Fechtius, quando de Græcis hujusmodi verba facit: Es ſeynd vierdtens bey ihnen gantz keine Bücher/ als welche etwa mit der Hand geſchrieben bey ihren Kirchen lie-gen. Gleichwie ſie gantz keine Druckerey in gantz Orient haben/ alſo wiſſen ſie auch noch nichts von gedruckten Büchern ꝛc.

Hic Doſitheus etiam a putredine integrum liberavit volumen Barlaami, hactenus omnibus igno-

ignotum, illudque in Wallachia jamjam moribundus imprimi juſſit. Opus ſane ad hiſtoriam eccleſiaſticam illorum temporum percipiendam, non ſolum Græcis, verum & Europæis maxime neceſſarium. Alios etiam multos edidit, quos hic ob imbecillitatem memoriæ nominatim recenſere non valeo. Præterea in Wallachia etiam B. Sabaſti nonnulla opera prodierunt: de immaculata conceptione B. Virginis, de Euchariſtia, ſive cœna Dominica, uterque in 4to. Heortologium etiam poſthumum, cujus titulus ſequens eſt: Ἑορτολόγιον, ἐν ᾧ περί τινων ζητημάτων προλαμβανομένων. περὶ ἀκριβοῦς χρονολογίας. περὶ πασῶν τῶν ἑαρτῶν καὶ τῆς αὐτῶν θεωρίας. περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα. περὶ τοῦ συντομωτάτου μηνολογίου. Πονηθὲν μὲν παρὰ τοῦ σοφωτάτου Διδασκάλου τῆς ἐν Βυκουρεσίῳ Αὐθεντικῆς Ακαδημίας, κυρίου Σεβαστοῦ τραπεζοντίου τοῦ κυμινήτου, ἀφιερωθὲν δὲ τῷ Ἐκλαμπροτάτῳ καὶ Ὑψηλοτάτῳ Αὐθέντῃ καὶ Ἡγεμόνι πάσης Οὐγγροβλαχίας κυρίῳ κυρίῳ Ἰωάννῃ Κωνσταντίνῳ Βασσαράβα Βοεβόνδα Ἀρχιερατεύοντος τοῦ πανιερωτάτου μητροπολίτου τῆς αὐτῆς Οὐγγροβλαχίας κυροῦ κυροῦ Θεοδοσίου, καὶ νῦν πρῶτον τυπωθὲν παρὰ Αὐθέντου Ἱερομονάχου τυπογράφου τῶν ἐξ Ἰβερίας. διορθωθὲν δὲ παρὰ τοῦ σπουδαιοτάτου, ἐν Ἱερομονάχοις Ἰγνατίου τοῦ Φυτιανοῦ ἐν

τ

τῇ μονῇ τοῦ συναγόβου. ἀψά. μηνὶ Ἰουνίῳ. in 4to. Ideo hunc titulum integrum exposui, ut facile Benevolus Lector totum statum hujus Typographiæ percipere possit. Neque mirum est Bucurestium Academiam vocari. Nam adsunt Philosophiæ & Theologiæ Professores Duo præter Episcopum, & Duo hypodidascali, quos latine Magistros vocamus. Medici etiam Principis tres, & quidem modernus Archiater, Italus est, qui locum Comneni occupavit, de quo paulo infra. Numerus Studiosorum, quandoque CL. quandoque CC. superat. Præterea Itinerarium supra memorati Jo. Comneni, Sancti Montis, sive Athonis in Macedonia, in 8vo, ac etiam omnes libri precatorii atq; Ecclesiastici in unum volumen congesti in 8vo. Charactere minutissimo, quem Typographi *non parele antiqua* vocant, editi ibi sunt. Hos libros Ecclesiasticos etiam in lingua Arabica An. MDCC. una cum N. & V. Testamento cura Patriarchæ Antiocheni Bucuresti prodierunt, aliique plurimi indies ibi imprimuntur, quorum multos Amplissima Bibliotheca Botleiana possidet. Ut taceam jam alios libros Walachicos, Rutenicos, Bulgaricos, qui quotidie in Walachia imprimuntur, cum institutum nostrum non sit de omnibus libris ibi impressis

mentionem facere, ſed, ut aliquam ſaltem notitiam de ſtatu Græcæ Eccleſiæ præteriti & hujus Seculi Eruditis proponamus, ne una cum Joh. Fechtio craſſiſſime errent, qui, neſcio quo Barbariei ſuæ ſpiritu, per totum ſuum tractatum de Græca Eccleſia & Epiſcopis, & præſertim Cap. XVII. §. 10. 11. &c. imprudenter admodum, & modernorum orthodoxorum (ut volunt audiri) more, blaterat. Non aberrat Jo. Langii Cenſura de injurio ſcribendi modo Joh. Fechtii. Nam hicce libellus non ſane Chriſtiano ſpiritu atque amore, ſed ſummo odio erga Moſcovitas conſcriptus eſt; nam non latet cur ſub larva Græcæ Eccleſiæ Moſcovitas Germanorum odio exponere voluerit. Ego non dubito omnes ſuæ factionis Fautores pudere hujus tractatus Fechtiani, niſi admodum ſint inſipidi, ut non poſſint ſole meridiano clariora in hoc mendacia atque injurias perſpicere, quas contra innocentes Græcos effutit. Mortem quæ Cyrilli Patriarchæ Conſtantinopolitani Græcorum barbariei hisce verbis tribuens (*b*): Ich gebe aber zu bedencken / wie grauſam die Griechen den Patriarchen Cyrillum der Reformirten Religion wegen verfolget und nicht nachgelaſſen / biß ihn die Türcken jämmerlich erdroſſelt

Cum

(*b*) Vid. Cap. 17. §. 14.

Cum de la Croix Missionariis Gallicanis mortem hujus Patriarchæ tanquam fructum uberrimum missionis suæ, tribuere non dubitaverit. Ita enim in præfatione tractatus sui loquitur (c): Et ejus loco Cyrillus Berrhœensis, consensu Sultani, constituitur, qui Sultanus ad ripas Euxini Ponti relegato, hæretico illo, ibique jugulari una cum falsa sua doctrina ac sepeliri jussit. Quæ sane Doctrina nunquam cessasset majores processus facere, nisi Missionarii Gallicani instructionibus suis impetum hujus deprimerent. Hoc primo suæ Missionis reportato fructu, & Calvinistæ se vindicandi media haud invenientes, rabie quasi correpti, clam hisce calumniis Jesuitas in portam accusant &c. Quid hoc testimonio clarius! Bonus Fechtius mihi videtur, vitam Cyrilli a Th. Smithio scriptam, nunquam legisse. Inveniisset enim ibi, circa finem, quantis cum lacrymis Græci, imo vero Patriarcha & cæteri Episcopi, hunc Cyrillum sepeliverint. Vel forte legit, Philautia tamen occæcatus, mendacium præferre veritati conatus est, fidemque suæ farinæ hominibus adhibuit, non illis, qui rem manibus suis palparunt. Sed de crassa hujus viri Minerva, in aliis forte fusius. Illud vero hic non est

(c) Vid. Præfat. §. 5. & 6.

silentio prætereundum, quod omnes hos libros, quos supra diximus in Walachia imprimi, gratis Christianis distribuant: quare in plurimis eorum subscriptum exstat: *νὰ δίδωνται χάρισμα τοῖς εὐσεβέσι χριστιανοῖς εἰς ψυχικὴν ὠφέλειαν.* i. e. *ut dentur piis Christianis gratuito in utilitatem animarum.* Classicos tamen Autores nondum ibi impressos videre mihi contigit. Neque tamen operæ pretium fore existimarem; cum elegantissimas illorum editiones Gallicas, Hollandicas, magis vero jam nitidissimas Anglorum, quibus ob summam in his autoribus edendis industriam, infinitas Græci agunt gratias, ubique, neque multo majori pretio, in Græcia habere possimus, quare Typographia Græcorum facile huic negotio supersedere potest. Illud autem hic etiam obiter notandum venit, L. abhinc annis in Walachia omnia officia sacra & ipsa Biblia aut Græca, aut Sclavonica lingua legebantur, a quo vero Typographio inibi florere incepit, omnia hæc in linguam Walachicam ad utilitatem populi translata sunt, atque ita leguntur. Quodsi Græci Præsules etiam suos Græcos hæc ignorare scirent, non versiones in Linguas magis notas per tantum temporis spatium neglexissent. Nam plane nolunt suam plebem ignorare sacrarum pre-

cum

cum ſignificationem, ut infra pluribus demonſtrabitur. Jam autem ordo nos tangit, ut etiam de illorum ſcholis atque Gymnaſiis pauca referamus.

CAPVT III.

De Scholis Græcorum & Libris, qui in Scholis tractantur, & qui ibi ſunt, Præceptoribus.

SCholæ Græcorum in templis & ædibus templorum, vel in Domo Parochi habentur. Informatores autem Juventutis Parochi, aut Monachi illique Ἁγιορῖται ſunt ſanctitate vitæ & caſtimonia ubique decantatiſſimi. Poſtquam itaque Græcorum infantes balbutire ceſſaverint, atque, diſtinctè loqui cœperint, in proximum quodque templum ad res Eccleſiaſticas, & quæ ad Chriſtianam religionem pertinent, addiſcendas mittuntur. Prandium etiam ibi ſumunt. Matres enim illorum cibum vel per famulum, aut ancillam illis mittunt, vel mane quando in ſcholam mittuntur, in calatheulo quodam, poſtquam leviuſculum ſumſerint jentaculum, iis ſecum ut auferant, tradunt; Neque eis ibi ad lubitum edere, certo nonniſi tempore meridiano, & tertia ſi hyems eſt, quarta autem ſi

æſtas pomeridiana licet. Poſt prandium ſumtum licet iis pauliſper præſertim æſtivo tempore dormire. Jacent ita divitum & pauperum liberi ordinatim humi (eſt enim ſtratum ſolum tapetibus) ut agnelli ſub umbra querciña. Adſtat vero Monachus dormientibus manu virgis ſceptri inſtar tenens, ne quis proximum incommodet. Si quid petulantiæ ſenſerit, quod eſt commune juvenum vitium, non ſemel ac mediocriter virgas humeris petulantis applicat. Neque cæteri caput levare audent, dum reus caſtigatur, ne quis verberandum videat, quippe certe ſciunt, nec ſe verberibus carituros, ſi hoc fecerint. Poſt horulam ſurgere jubentur, etſi nonnulli, imo vero omnes & ſinguli, varias ob infantiles cogitationes, loquor autem experientia edoctus; ne oculum quidem clauſerunt. Diebus quidem non ſerenis poſt ſictum, ac mentitum illum ſomnum illico ad ſtudia coguntur. Sereno autem cœlo etiam luſulum in aula aut hortulo templi iis concedunt Præceptores, nec ibi tamen argivus ille ſenex (quem ſæpe per jocum inter nos Charonem vocabamus) cum virga ſua deeſt, ſed & ibi in luſo laſcivientem caſtigat, & ſi quid in arte luſoria erratum fuerit, corrigit, ac baculo, ut paſtor oves, ad ſtudia rurſus compellit.

Circa

Circa occasum Solis per primarium puerum, qui *protoscholus* apud illus audit, finis studiorum annunciatur. Libris itaque semotis, & ordine Cygnorum in circulum dispositis, sedente διδασκάλῳ præter alias preces & sequentes, quæ ita sonant, recitant: δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν τῷ βασιλεῖ ἡμῶν θεῷ. secunda repetitione additur: χεῖρῳ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν θεῷ. tertia: ἀυτῷ χεῖρῳ τῷ βασιλεῖ καὶ θεῷ ἡμῶν. etiam Psalmum CIV. secundum Hebr. memoriter recitare Deoque gratias agere solent; & ita magna cum alacritate, tanquam ex carcere liberati domum petunt; si quis vero vir honestus, aut fœmina ipsis obviam venerit, manus osculantur, quod & domi faciunt, parentumque è schola venientes, benedictionem petunt. Sed nec domi multum quietis illis relinquitur. Parentes enim illos quidnam illo die didicerint, & utrum illa, quæ semel didicere memoria teneant, nec ne? curiosius examinant, si quid fallit, non desunt minæ, imo vero sæpe verberibus cæsos incœnatos cubitum mittunt, quod mihi non semel accidit. Si sæpe experiuntur, nihil in studiis filios suos proficere, maturius ad artem aliquam applicant, quod utinam etiam in hisce regionibus fieret! Careret etenim hic eruditus

mundus tot ingeniorum monſtris. Si dies ſequens feſtus eſt, non dimittuntur è ſchola juvenes, niſi poſt abſolutas publicas orationes, quæ incipiunt hora ante occaſum ſolis, & ſolvuntur hora cum dimidia poſt ejusdem occaſum. Fœmellæ autem nunquam juvenum conſortio conjunguntrur, ſed a diſtinctis fœminis neceſſaria diſcunt.

Raro proles Græcorum cum parentibus menſæ accumbunt, & ſi contigerit, nunquam tamen in eandem patinam manus inſerere ſolent, niſi ſunt adulti; ad matrem vero ut plurimum attendunt, & quod illa iis propoſuerit, id edere ſolent. Neque multum iis in menſa loquendi data eſt licentia. Silent ut plurimum niſi aliquid habeant quod loquantur, quodque maxime ad rem pertinet. Quando Parentes, aut hoſpites ſi adſint, primum poculum ori admovent, ſurgunt, & detecto capite (ſedent enim in menſa Græci omnes capite cooperto) hanc orationculam recitant: δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν, κύριε Ἰησοῦ χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐλέησον ἡμᾶς, ἀμήν. Et adjunt: τὴν εὐγένειάν σου κύριε ὁ θεὸς διαφυλάξαι εἰς ἔτη πολλὰ καὶ καλὰ, ἀμήν. Si vero perſona ſit eccleſiaſtica, pro τὴν εὐγένειαν; τὴν ἱερωσύνην σου, ſin Epiſcopus, τὴν ἁγιωσύνην, ſi Metropolita aut Archiepiſcopus τὴν παναγιότητάσου, & ſi Patriarcha, τὴν

Ἁγ-

Ἀρχιερωσύνην σε δέσποτα, dicunt. A primo vero die Paſchatos ad aſcenſionem usque pro δι' εὐχῶν dicunt: χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, θανάτῳ θάνατον πατήσας, καὶ τοῖς ἐν τοῖς μνήμασιν ζωὴν χαρισάμενος. Has precatiunculas non ſolum à pueris, verum etiam ab aliis in menſam accumbentibus recitare moris eſt; bibunt enim Græci non omnes ſimul (ut pecora) ſed poculum incipit à priori & ita ordinatim ad ultimum devenit. Scio equidem Adeiſidæmoni Tolandi hujusmodi pias conſuetudines & modeſtos mores, ſuperſtitiones audiri, ſed tamen B. L. illius triti memento: ὁ γὰρ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως. Juvenes primum poculum nonniſi oſculatis prius in circulo omnium aſſidentium manibus, & quidem detecto capite ſtantes bibunt. Non licet illis è menſa abire niſi prius gratiæ DEO ſint actæ. Græci enim in menſa non diu morantur; niſi certum ſit convivium. Qui autem non una cum Parentibus in eadem veſcuntur menſa, in aliam; quæ prope appoſita eſt, accumbunt, non tamen ab officiis ſupra dictis liberi ſunt. Feſto autem Nativitatis, Noctu ἀποκρέας, diebus paſchatos, Apoſtolorum, ſive Petri & Pauli &c. liberius in menſa vivendi facultatem a Parentibus accipiunt, tum ſi quid exceſſerint,

non urgentur ad ſobriores mores, ſed pœnam delictorum Parentes in aliam occaſionem reſervant, idque tum ob Feſtorum reverentiam, tum etiam ne illorum lætitiam cum triſtitia confundere videantur. Eadem eſt ratio & cum Famulis & Captivis, quos a Tartaris ad ſervitia domeſtica præſtanda emunt. Juvenes quando in publico luſus inſtituunt, ſi quis ſenex, vel notus inde pertranſierit, non aliter eum, quam olim Lacedæmoniorum venerantur; ſi ſedent, aſſurgunt, ſi ludunt, deſiſtunt, donec tranſierit. Idem omnes & ſinguli Græci faciunt, ſi perſonam Eccleſiaſticam viderint pertranſientem cum hacce ſalutationis formula: μετάνοιαν δεσπότα. i. e. *Pœnitentiam nobis impone Domine*, qui reſpondit quandoque ἡ εὐλογία τοῦ Θεοῦ μετ' ὑμῶν. i. e. *Benedictio Dei vobiscum*: vel: ὁ Θεὸς συγχωρέσαι ὑμῖν, *Deus condonet peccata veſtra*. Quod plebs a Clerico ſupra poſtulabat, idem Clericus, ſi domum aliquam ingreſſus ſit, poſtulat. Cui reſpondetur: μετάνοιαν, ὁ Θεὸς συγχωρέσαι σε. Sed hæc obiter, juvenes autem, ſi quem ex Sodalibus, nimium cum Turcis familiarem eſſe noverint, tanquam extremum ſcelus averſantur. Sed non item, ſi cum ſui ſimilibus atque coætaneis infantibus. De libertate, quam hujusmodi

Græ-

Græcorum tenellis Turcæ liberaliter concedunt, si loqui vellem, sane longum admodum foret; hoc tamen breviter dicam: me non semel Turcarum infantes male inter ludendum habuisse, neque tamen Parentes illorum offensos mihi novisse, nisi aliquis natura morosior esset, proverbium enim apud ipsos hujusmodi communissimum est: *Offiaclandyr Coiver einasyn*, i. e. *Infantes sunt, sine ludant.* Omnia nobis licent, modo in fidem illorum non debacchemur.

In Scholis Trivialibus Infantes Græcorum, quæ Colibogrammata ironice a Græcis vocantur: primum penacidia docentur, octoëchum, deinde Damascenicant, tertio totum Davidis Psalterium, quarto Acta & Epistolæ Apostolorum, & denique triodium atque Anthologium, una cum pentatevcho, & Prophetis, quibus etiam artem Scribendi & Logarithmeticam adjungunt; quæ omnia non uno alterove anno, verum V. & plusculis annis pertractant, quare sat mirari non potui Cl. Heineccii crassam ignorantiam (quod pace tanti viri dixero) qui in libro suo de statu modernæ Græcæ Ecclesiæ part. II. Cap. I. ausus est dicere, Græcos ita superstitiose traditioni conciliorum esse deditos, ut Scripturam Sacram in peregrina lingua con-

conſcriptam præferant, proprio idiomati, lectionemque Sacrorum Codicum Laicis prohibeant, cum ex exemplis ſupra a nobis prolatis, illa vel etiam infantibus ſuis legere liceat. Ignoravit ſine dubio vir Cl. quod Græci Monachi confitentibus, unum alterumve caput, è Sacris Scripturis, quod ad delictorum commiſſorum ſtatum enucleandum pertinet, examinandum proponunt, ex illisque capitibus, perpendere eos jubeant, utrum gratia, an pœna æterna ſint digni. Vel quibus quæſo indiciis, aut ſcriptis Græcorum id probare conatur Heineccius? Multa quidem blaterare poſſumus, ſed difficile eſt probare. Idem paſſus eſt Vir quidem Cl. ſed afflatu narium plenus, in Diſſertatione ſua, quam eleganti admodum titulo ornavit, Roſam inter ſpinas. Wittemb. an. MDCCVII. habit. qui captus admiratione ſuæ ſectæ, poſtquam omnes religiones atque ſectas male ſpreverat, ad Græcos deveniens, craſſa quadam Minerva haſce effutit inſanias: *Græcos quod attinet*, inquit, *ne umbram quidem illi, aut imaginem Græciæ veteris reliquam habent: adeo ignari & linguæ Græcæ & Latinæ, & omnium ſcientiarum ſunt, ut agerrime textum Sacri Codicis legere, nedum intelligere queant;* & paulo poſt: *qui ſuis ipſorum*

rum legibus indulgent, & in paganam fere ſuperſtitionem degenerant. En tibi Virum magno nomine, qui ex abundantia cordis loquitur, non dubito, quin melius de Græcis jam ſentiat, quippe per quinque jam annos humiliare ſe addiſcit, ſi modo in vivis eſt. Sane hujusmodi eraſſæ ignorantiæ non aliunde proveniunt, niſi ex ſumma admiratione ſui ipſorum. Nam cum aliquid ſe ſcire ſentiant, nullum amplius per totum terrarum orbem ſibi parem inveniri falſo arbitrantur, (Nemo enim novit τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰμὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ.) Calamumque arripiunt, non ut veritatem patienter exquirant, illamque illuſtrent, ſed ut eam obſcuriorem reddant, atque ſupprimant, alioquin quomodo ſuis placere poſſent, a quibus præter ſummos honores, etiam ingens & turpe inſipientiæ lucrum expectant. Ego ſancte jurare auſerim hunc tantum Græcorum delatorem, ex quo natus eſt, ad tempus, quo Diſputationem ſuam conſcripſit, nunquam vidiſſe Græcum: unde itaque talia de Græcis blaterare didicit? Hanc etiam temeritatem hujus Viri maxime miror! Nam non ſolum ignorantia Græcæ linguæ, verum etiam Latinæ Græcos accuſat, quaſi vero absque lingua latina (& vanarum nonnularum ſcientiarum

rum cognitione) non daretur ſalus inter Græcos. Ignoravit absque dubio hic Vir Doctiſſimus dictum illud in Act. Apoſtol. XIX. 19. 20. ubi expreſſe docemur, non ex multorum librorum cognitione veros Chriſtianos evadere, verum agnitione ſui ipſorum. Quare optime de Græcis, imo de ipſa veritate Nobiliſſimus Ricautus, in lib. de ſtatu Græc. Eccleſ. pag. m. 261. ita loquitur: La Philoſophie & „les Mathematiques ſont ſolon eux, des ſcien„ces purement humaines & par conſequent in„utiles à Ceux, qui ménent une vie ſpirituelle, „& accompagnée de mortification &c. Nam expertus loquor omnis ſcientia in hisce terrarum oris ad panem lucrandum diſcitur. Satius eſſet ſimplicitatem Theologicam amare, quam multa ſapere. Si tibi in quadam confidis arte, & ingens in Chriſto lucrum ſperas, perge tanquam audax Mercator, longius etiam in gentilium literis peregrinari &c. quid quæſo aliud quotidie in univerſitatibus fit! Nam non artes & ſcientiæ propter ſemet ipſas diſcuntur, ſed propter honores & panem. Hic eſt ultimus ſtudiorum apud plerosque finis! Neſcio itaque, Vir Celeberrimus, cur ita neceſſariam Græcis latin. ling. (quod & Fechtius Cap. XVII. opinatur) ducat? ut forte originalem Scriptura-

rum

rum textum legere possint? vel plurimas nugas, quibus hæc lingua quotidie inquinatur, percipere queant? atque ex hoc putido fundamento etiam plurimos Græcorum Patres & ipsos Athenienses damnabit, qui neque vocabulum forte latinæ linguæ intelligebant. Græcam autem linguam modernos Græcos omnibus Europæis eruditis sexcenties melius intelligere & scribere, non est, ut verbis demonstrem, cum nos non in Rhodo solum, verum & in medio Germaniæ sesqui jugerium saltare possimus. Quod autem non multi libri a modernis Græcis hac lingua in forum Eruditorum prodeant, rogamus hunc Physignathum, ut excusatos nostros Græcos habeat, quod non εἰς ἐπίδειξιν ut Europæi suos libros conscribant. Alia enim tempora alios postulant mores, & si ita est, cur non etiam Gallos condemnat, qui relicta matre filiam magis magisque excolunt, omnesque elegantes libros non latina, sed propria conscribunt lingua? ut nihil jam de Germanis dicam. Vel, cur Joh. Fechtius librum suum de statu Græc. Eccles. germanice & non latine conscripsit? ut nempe placeret plebi, quod Heineccius multo prius præviderat. Proh Deum immortalem! Non licet mihi ob injuriam temporum illa loqui, quæ veritati sunt con-

conſentanea, plurimis tamen & quidem ſtatiſſimis, odioſa! Scio Dei juſtitiam ita comparatam, ut non impunem hanc eorum juriam permiſſurus ſit. Præterea mira re unam eandemque actionem, hisce in lat Græcis vero miſellis vitio verti, annon Græcia ita, ut aliæ regiones, abundaret p Typographorum, etiam in hac lingua plu prodiiſſent libri? Quid vero ſi hujus Patria hoſtili manu oppreſſa fuiſſet, num melior fo Græcia foret? Imo vero præter ſplendo univerſitatum, etiam Chriſtiana religio peri taretur, quæ tamen apud modernos Gra quotidie Martyrum ſanguine reſplendet, qu præter de la Croix, qui nuperrimi Martyris tegram vitam deſcripſit, etiam ſupra jam a nobis laudatus Ricautus teſtatur, dum de marty riis hodiernis Græcorum ita loquitur: & quan „ils ont éſte condannez à mort, ils ſont alle „au ſupplice avec la mesme joye, & l' on „ſouffert avec la même conſtance, que le „Martyrs de l'Egliſe primitive, qui ſe ſacrifi „cient tous les jours dans la défenſe de la ve „rité du Chriſtianiſme &c. i. e. *& poſtquam ad mortem damnati ſunt, eodem gaudio ad ſupplicium properant, quo Martyres primitivæ Eccleſiæ, qui totam vitam ſuam ad Chriſtia-*

tanismi veritatem defendendam consecratam habuere. Eadem habet Thomas Smithius Anglicanæ Ecclesiæ Minister, nisi quod Joh. Fechtius de stat. Græc. Eccl. (α) & hanc alteram Græcorum superstitionem esse dicat. Ex nimia enim, ait, ceremoniarum superfluaque oblegatione, non verò ex vera in Christum fide Græcos tanta sufferre supplicia, ὦ τύμπανα ἐ κύφωνες. O perversos hominum mores! Ricautus hos oculis suis vidisse testatur, causamque refert illos in juventute sua deceptos abnegasse Christum, & jam in senectute pœnitentiam egisse, Christumque publicè confessos atque propter ejus nomen martyrium suscepisse. Fechtius verò superstitionis gratia atque ceremoniarum causa Græcos hæc subire ait! unde quæso vir optimè hoc tibi constat? Nam Ricautus superius ita loquitur: Il s' est neantmoins trouvé même de mon temps des Grecs, qui ont donnè un exemple plus heroique de repentance, &c. i. e. Nihilominus, fuerunt etiam Græci, meo tempore, qui exemplum pœnitentiæ ediderunt plus quam heroicum. Clarissimus verò Fechtius ex superstitione hæc fieri existimat. Deum testor, quod multa hujusmodi exempla hic enarrare possem, sed malui veritatem pollice supprimere, quam eorum enarratione hujusmodi hominibus blasphemandi

C ansam

(α) vid. Cap. XVII.

anſam præbere. Sed fortè adverſarii mihi objicient : Non deberent Græci tam ſtolidè religionem Chriſtianam abnegare. Aſt hoc non ſolùm Græci, ob humanam imbecillitatem (quamvis & illud rarò admodum contingat) vitio laborant, verum & Angli, in quorum patria tantum lumen Chriſtianæ religionis, ut Ricautus vult, emicat, maximè obnoxii ſunt, ut ipſe Ricautus hiſce teſtatur „ verbis : C' eſt ce qui me fait fremir, lors „ que J'eu vois des miſerables Renegats An„ glois, qui apres avoir lachement renoncè „ leur Sauveur en barbarie & en turquie, &c. i. e. *Quod maximè me afflixit, cum viderem miſerrimos Apoſtatas Anglos, qui poſtquam in Barbaria atque Turcia Salvatorem ſuum abnegaverint, &c.* Ut taceam jam Italos, Gallos, Hiſpanos, Hollandos aliosque exteros, qui abnegando fidem Chriſtianam indies magis magisque ſplendidiorem religionem Mahomedanam reddere ſolent. Deinde tranſeat, ut more Scholaſticorum loquar, quod Græci moderni nec umbram antiquæ Græciæ reliquam habeant, (quod Roſa ſpinoſa vitio vertit Græcis) neque enim veri Chriſtiani Athenienſium ſplendore opus habent, & ad tertium usque ſeculum nullum ſplendorem Academiarum Chriſtiani habuerunt, ergo nec docti nec pii magis quam moderni fuerunt? Neque Patria tua ante annos fortè CL. magnum

gnum eruditionis ſplendorem poſſidebat, ergò pagani omnes erant? O lepidum caput! unde has argumentorum hauſiſti regulas? Fortaſſis ex cerebello tuo & non à Doctoribus Græcis, quos tu jam laudas, jam ſpernis confuſe. Nam laudas antiquas Athenas ut doctiſſimas, ſed tamen non inficiaris eas ſumma vanitate fuiſſe plenas, modernos verò Græcos condemnas, quod non ita eruditi ſint ut illi, qui vanitate & Ethnica ſuperſtitione erant repleti; Ita enim ex ſuppoſitionibus tuis ſequitur fallaciarum concluſio. Si dicas de ſeculo V. VI. VII. VIII. IX. &c. Aſt ex Tuæ Eccleſiæ Hiſtoriis, quas quotidie manibus volvimus, tanquam ad ſuperſtitionem vergentia damnantur. Imò Cl. Heineccius ad IV. usque ſeculum merito genuinam Apoſtolorum filiam dicendam fuiſſe ingenuè fatetur Græcam Eccleſiam, poſteà verò in ſummam ſuperſtitionem deveniſſe. Si igitur Græca Eccleſia poſteriorum horum ſeculorum, neque umbram reliquam habet, ergò melior forte facta, ſin autem priorum & jam oſtendimus illos Chriſtianos & ſuppreſſos fuiſſe, & pauperes vixiſſe, & non admodum multum in mundanis ſcientiis floruiſſe, & ſplendorem mundanum nihili fecit, ut & nunc Græci, quod jam ſupra oſtendimus, videtur igitur ad Ethnicorum illa ſecula Eccleſiam impellere Græcam cum accuſatione

ſua. O Cynobuſtum plenum fallaciarum ſpinis, ſterile verò floribus ac fructu! Fortè autem per nomen Græcorum, Rutenos & Ruſſos, qui circa Poloniam habitant, intelligit. Illi enim ſe propter religionis ſimilitudinem Græcos appellant, hocce nomine: *Ja ſem Græceſco*, & *Naſſei viera jeſt Græceſca viera.* i. e. Ego ſum Græcus; Noſtra religio eſt Græca religio. Quare & cæteras religiones præter Græcam, caninas appellant, ita: *Paſſoie viera.* Et ſi quis ad illos pervenit, nil prius interrogant, quam: *Cak viéra máte.* i. e. Qualem fidem habetis? Si Græcam dixerit, illicò gratulabundi reſpondent: *Tò naſſe jeſt ſtara viera!* i. e. Hæc eſt noſtra antiqua fides! Quare & Græcos *ſtari Bratſki*, i. e. antiquos fratres vocant. Et ſi alterius religionis apud ipſos quisquam commiſerit *udre nà. Clavata ne boiſſe*, percute in caput ejus, ne metuas, exclamant. Non tamen ideò hi veri Græci dicendi ſunt, nec horum craſſa ignorantia Græcis imputari tribuique debet. Graviter igitur errat, dum à minori ad majus concludit, horumque ignorantiam Græcæ linguæ, Græcis adſcribit. Sin verò de genuinis Græcis ſermo ipſi eſt, facile illam Theognidis ſententiam ei objicere poſſumus:

ὅστις τοι δοκέει τὸν πλησίον ἴδμεναι ἐσθλὸν,
ἀλλ' αὐτὸς μῶνος πικίλα δήνε ἔχειν.

κεῖνος

κεῖνος γ' ἄφρων ἐστὶ, νόου βεβλαμένος ἐσθλοῦ.
ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ' ἐπιστάμεθα.
ἀλλ' ὁμὲν οὐκ ἐθέλει κακοκερδείεσσιν ἕπεσθαι.
τῷ δὲ, δολοπλοκίαι μᾶλλον ἄπιστοι ἄδον.

Hujusmodi supercilio aptissima sane sententia, Nam Ricautus, vir Bone, qui longa experientia Græcorum trutinaverat leges, contra„rium nobis ostendit, dicens : Car bien que les „Grecs Soient suiets su les Turcs, ils ne laissent „pas de suivre l'avis de l'Apôstre. i.e *quamquam Turcarum potestati subjecti sunt Græci semper tamen Apostolorum sequuntur leges.* Cernisne quam falsum(α) Te Nobilissimus hic Anglus ostendat? Non dixit, quia sub potestate infidelium degunt, etiam in paganam superstitionem degenerarunt, sed contrarium : quamvis, inquit, gravi premuntur jugo, tamen tenacissime legibus Apostolorum adhærent Græci, &, ut Thomas Smithius alibi loquitur, ne latum quidem unguem ab iis secedunt, quæ à majoribus, ipsis tradita sunt. Et Ricautus, ut magis magisque te mendacii convincat, pergit dicens : Ils „aiment mieux, dans leurs, differens, S'en „remetre au Jugement de leur Patriarche, au „de leur Euêque, ou de quelques arbitres tirez „d'entre les principaux de leur Clergé, que d' „avoir recours à la sentence d'un tribunal In„fidelle. i. e. *Et in rebus quæ ad Forum judiciale*

(α) vid. destat. Græc. Eccl. cap. I. p. m. 14. & seq.

pertinent, ſe magis ſententiæ Patriarchæ, aut Epiſcopi Cujusdam, vel etiam Clericorum arbitriis amant ſubjicere, quam hiſce relictis, ad Infideliam currere ſubſellia; quæ omnia è diametro tuæ opponuntur ſententiæ. Niſi injuriam temporis vererer, multis argumentis plane contrarium ſententiæ Roſæ ſpinoſæ oſtenderem, atque palam facerem, qui contra (α) Mandatum Apoſtoli peccant, Græcine, an vero ii, qui ſumma libertate fruuntur. (β) Apoſtolus non eos, qui multarum ſcientiarum peritiſſimi ſunt, ſapientes vocat (nam harum notitiam μωρίαν nominat,) ſed eos, qui nôrunt differentias componere Fratrum; id quod Græci ut ſupra vidimus, maxime obſervant, non idem autem iis, quorum legendo ſcripturas Sacras, vix oculi linguam aſſequi poſſunt, (γ) Luciani utar phraſi, evenire ſolet, ſed proh dolor! ut ſæpe experti ſumus, contrarium. Sed fortaſſis piæ Græcorum ceremoniæ ſuperſtionis loco apud Roſam inter ſpinas habentur? At quid quæſo reſpondebit viro ut prudentiſſimo CHRISTOFORO FURERO ab Haimendorff, τῷ νῦν ἐν μακάρων, olim Equiti Aurato & Illuſtris Reip. Noribergenſis Duumviro meritiſſimo, qui in itinerario ſuo, de ceremoniis inter Sacram Cænam Græcorum

(α) Vid. I. ad Corinth. cap. VI. (β) Vid. cap. eod. v. 5.
(γ) Vid. eundem in oration. ad indoctum & multos libros ementem.

„ corum ita loquitur: Eorum (*) Religio, ut „ & in communi omnium Græcorum, ſive Ge„ orgianorum, à Latinorum ſive Pontificiorum „ cultu & ceremoniis plurimum differt. Nam „ Sacram Cænam ſecundum inſtitutionem Au„ ctoris ſubutrâque, ut vocant, ſpecie admini„ ſtrant, ceremoniis laudatiſſimis pariter atque „ antiquiſſimis, & poſtquam actum Comunionis „ expoſuit, iſta adjungit Hic actus dum abſolvi„ tur, reliqui hymnos canunt & ad Deum preces „ fundunt. Atque hunc morem ab ipſis Apo„ ſtolis derivatum credunt, qui ſanè pietatem an„ tiquam veteriſque Eccleſiæ ſimplicitatem re„ præſentare mihi viſus eſt. An non hæc te-ſtimonia Sole meridiano clariora craſſiſſimi erroris Roſam inter ſpinas convincunt? An non è diametro Fechtio opponuntur, qui ita contra nos inſurgit dicens? Es ſeynd zum achten die Griechen in der Superſtition in dem höchſten Grad ergebenes Volck / dann dieweil ſie kein Wiſſenſchaft von Gott und göttlichen Sachen haben ꝛc. Jam nescio utrum aliqua gens fuerit, ex quo hic mundus exiſtit, quæ adeo nullam notitiam de Deo habuerit, ut moderni Græci à Fechtio deſcribuntur. Et alibi, poſtquam ceremoniarum, quibus in Sacra Cœna adminiſtranda utuntur Græci, mentionem fecit, exclamat. Hilff ewiger GOtt! was vor ungeſchmackte Ceremonien. Haud

(*) Vid. pag. m. 74. & 75. & quæ ibi hoc probandum fuſiſſime ex patribus refert.

Haud pauca contra hanc Fechtii ſententiam ex Jacob. de Spon. Italico-Græco-Dalmatico & Orientali Itinerario referre poteram, vel an non pervertit mentem Thomæ Smithii Bonus Fechtius, dum ait, illum ſcriptum tradidiſſe, Græcos, ob ſuperſtitioſas ceremonias, non tranſire ad caſtra Turcarum? Imo plane contrarium Thom. Smi„thius aſſerit dicens: (α) inter tot diriſſi„mæ ſervitutis ærumnas, quæ *Græcos* penè „obruunt, ac probra, quibus Chriſtianum „nomen à ſordidiſſimæ & rerum ſacrarum „contemplationi prorſus ineptæ mentis ha„muncionibus Turcis, qui quicquid ultrà „ſenſuum ſphæram attollitur, ſannis & ludi„brio proni excipiunt, quotidie βλασφημεῖται „*blaſphematur* & laceratur, non leve tum di„vini favoris & miſericordiæ, tum veritatis „orthodoxæ (β) contra vaferrimas quorun„dam in orbe Chriſtiano (NB.) (qui ejus „fundamenta ſub prætextu *ſobriæ*, & *magis* „*illuminatæ rationis*, ſubtilis ingenii præſtigiis „freti apertiſſime avulſum eunt) machina„tiones ſtabiliendæ argumentum petendum „duco, quod integram illæſamque myſterio„rum

(α) Vid. eundem de Eccleſ. Græc. ſtatu Hodiern. p. m. 132. (β) Si hæc verba, & quæ in parentheſi habentur ex meo excidiſſent Calamo, me contra theologos debachari (ut nonnemo nuper ajebat) exiſtimarent, ſed quia abs tanto viro dicta ſunt, facile veniam meretur Græculus.

„rum fidei professionem constantissime & in„concussa mentis firmitate adhuc retinuerint. Ac non solum hæc, verum & sequentia in ruborem conjiciunt Doctorem Fechtium, dum dicit Græcos modernos, nullam Dei habere cognitionem, atque hæresibus, ut alibi, & erroribus esse plenos; Contrà verò Thom. „Smithius ita loquitur: Nullus, quo de sanctissima ac individua Trinitate, vel de in„carnatione æterni Filii DEI labefactantur „Ecclesiæ Catholicæ dogmata, hactenus ir„repsit error. Simplicis fidei tenaces Græ„ci, curiosulis distinctiunculis (NB.) qui„bus magis obscuratur, eam non eunt ex„plicatum. *Arii*, *Nestorii*, & *Pauli Samo„sateni*, cæterorumque hæresiarcharum pe„nitus damnatur vesania. Quorum parti„bus, si quis, Evangelicæ veritatis læsæ ma„nifestus, fauisse deprehensus fuerit, illicò è „communione sacra ejectus, diris devovetur, „nonnisi ejurata cum lacrymis & deprecatio„nibus, quam imbiberat, hæresi, in Christiano„rum orthodoxorum numerum iterum recipi„endus. Mira sanè res, & omnem fidem humanam superat, homines, qui neque Catechismo, neque compendiis Theologicis ullis instructi, (α) ut Fechtio loqui placuit, tamen inter crudelissimos Christianæ religionis hostes, orthodoxæ fidei & veritatis Evan-

C 5 geli-

(α) vid. Cap. XVII, §. 13, Fechs, Tract.

gelicæ tenaciſſimos obſervatores eſſe Græcos, aliis verò, quibus ſumma libertas, contrarium evenire.

Sed de hujusmodi cavillationibus alibi fortaſſis plura; Jam ordinis ratio poſtulat, ut etiam de Græcorum Gymnaſiis eorumque altioribus ſtudiis nonnihil proferamus.

CAPUT IV.

De Græcorum Gymnaſiis Methodoque altiora tractandi ſtudia.

IN Gymnaſiis quæ jam DEI gratia, in omnibus civitatibus Græciæ mediocriter florent, juvenes qui ex ſcholis trivialibus altioribus ſtudiis ſe applicare cupiunt, primum è Laſcaris Grammatica octo partes orationis trimeſtri ſpatio, memoriæ mandare coguntur. Commune enim apud illos ſequens eſt diſtichon: Οἰκοδομεῖν χωρὶς θεμέθλα, πόνος ἐστὶ μάταιος. Νόσφι δὲ γραμματικῆς, ἀνεμώλιον ἐστὶ μαθῆσαι. Interea tamen temporis dum illas memoriter addiſcunt, ſententiæ à Chryſolora collectæ iis explicantur. Poſtquam jam octo partes orationis, quas in Technologia quotidie repetere debent, firmiter memoriæ inhæſerint, Iſocra-

Isocratis tres priores orationes iis explicantur ubi simul etiam Syntaxin tractant, atque phrasium & sententiarum collectaneum faciunt. Ex hisce ad Homeri Batrachomyomachiam Fabellasque Æsopi, ob moralitatis elegantiam & Cebetis Tabulam transeunt. Hisce finitis, Isocratis panegyricum Basilii Magni ad juvenes, & duas Gregorii Nazianzeni contrà Julianum assumunt. Interim hisce Praxin etiam Rhetoricam ex Aphthonii progymnasmatibus, in quibus tota quasi Rhetorica enucleatur, adjungunt, partesque suprà dictarum orationum demonstrant, & secundum illas imitationes conscribere solent. Post hæc Epistolas Synesii, Basilii Magni, Gregorii Nazianzeni, Phalaris aliorumque clarorum virorum assumunt, in quibus non tam explicandis, quam imitandis laborant. Hujus rei melius declarandæ gratia tria saltem subjiciam exempla: sunt autem hæece:

Chria ad Imitationem Aphthonii:

Ἀγαθῶν πόνων ὁ καρπὸς, εὐκλεὴς, καὶ ἀδιάπτωτος· ἡ ῥίζα τῆς φρονήσεως. Σοφ. κεφ. γ. ϛ.

Bonorum laborum fructus præclarus, sapientiæque fundamentum inexpugnabile. Sap. III, ℣. 5.

Proœ-

Προοίμιον ἐξ ἐπαίνε καὶ συγγνώμης.

Ὅτι μὲν χαλεπόν ἐςι λόγοις βασιλεῖς ἐγκωμιάζειν Ἰσωκράτης πᾶ ἔφη, ὁ τῶν Ῥητόρων πατήρ. Δῆλον δὲ τοῖς γε νῦν ἔχουσι. Βασιλεὺς γὰρ δίκαιος ὑψίσε ἐπὶ γῆς εἰκόνα Φορεῖ Θεᾶ. Παραπλὺ δὴ πλεῖσον λόγων, ἀπορήσαιμι δ' ἂν ἔγωγε, Σολομῶνα τὸν ἐν βασιλεῦσι σοφώτατόν τε καὶ δικαιότατον λόγοις ἐπᾶραι σφαιρώμενος, διὸ δὴ τοῖς δεινοτάτοις τῶν Ῥητόρων αὐτὸ παρίημι τὰ ἐγκώμια. Ἰλιγγᾶ γάρ με ὑπ' ἀπειρίας ὁ νῦς ἐπειδὰν τά τε κάλλη τῶν

Procœmium, in quo Laus & modesta Excusatio sistit:

QUam arduum quamque difficillimum sit, Reges verborum ambagibus collaudare, optimè ac ingenuè Oratorum pater Isocrates fatetur. Omnibus nam notum persuasumque est, æquum justumque Regem Altissimi Dei vivam in terris repræsentare imaginem. Multo fortassis imbecilliores vires ingenii mei inveniantur, quam ut laudibus sapientissimi atque justissimi Regum Salomonis pares esse possint; Quare ejus Encomia doctissimorum Oratorum dicendi facundiæ permitto. Ob enim inconsuetudinem dicendi, cum summam rerum

ejus

ὄντων αὐτῷ, καὶ τοὺς εἰς σοφίαν λόγους ἀνακαλέσω ἐν ἐμαυτῷ. πολὺς περὶ σοφίας λόγος ἐνῆν τῷ ἀνδρὶ, μείζων δὲ περὶ πόνων ἀγαθῶν. Ὅσῳ γὰρ φιλοπονέστερος ἦν ἁπάντων, τοσούτῳ μᾶλλον καὶ ἐπαινεῖν τοὺς πόνους οἶδε τῶν ἄλλων.

ejus pulchritudinem tantosque sapientiæ suæ sermones perspicio, mecumque reputo, mens, calligine oppressa vertigine laborat. Multos de sapientia conscripsit sermones, haud verò pauciores de fructu bonorum laborum. Quantum nam cæteris laboriosior fuit, tantò magis in laudando bonos labores; omneis anteivit.

Παράφρασις.

Καὶ τί φησι; ῥίζα γὰρ ἔργων ἀγαθῶν βαθέως καὶ ἐνδομύχως ἐν ταῖς τῶν φιλοπόνων πεφύτευται ψυχαῖς; ἀειθαλὴς δὲ ὁ καρπὸς καὶ εὔοδμος τοῖς φρονίμοις πέφυκε καὶ μακρὸς τούτων ἔπαινος.

Paraphrasis.

Quid igitur ait? Radix inquit bonorum laborum profundè atque latè in Philoponorum animis transplantata fructum Doctis non solùm suavem, verum & perpetuum porrigere novit, & laudes horum infinitæ.

Τὸ τῆς αἰτίας.

Ὁπόσοι γὰρ ἐς ἄκρον

Causa.

Iis enim, qui ad summum

παιδείας ἐληλύθασι, καὶ διὰ πόνων εὐκλειῶν ἕξιν τῶν ἀγαθῶν τὴν πρᾶξιν εἰσεποιήσαντο ἄτρεπτον μὲν ἐν τούτοις διαμένει τὸ δίκαιον, ἀθάνατος δὲ ἡ ἀρετὴ εἰς τὸν ἐσόμενον θάλπει ταῖς μνήμαις ἐπερχομένη. Οἰκους οἰκονομοῦσι, πολιτείας διέπουσι, βασιλεῦσι συμβουλεύουσι τὰ δίκαια προστάττουσι, τοὺς ἀδίκως πεπραγμένους, καὶ πρὸς τοῖς αὐτῶν, καὶ τὸ ἁπλῶς εἰρημένον, νόμος τοῖς πολλοῖς ἀπαραίτητος γίγνεται. Παρὰ πάντων μὲν θαυμάζονται, δακτύλῳ δὲ δεικνύμενοι τὰς ἀγορὰς θριαμβεύουσι. Πανηγύρεων ἄρχοντες πάντων πρωταθίζονται. Καὶ ἐπειδὰν λόγον ἐμβάλλωνται, πεχηνότες ἡ-

mum solidæ eruditionis cacumen pervenerunt, atque per continuas bonorum laborum exercitationes praxeos habitum acquisivêre, non solùm justitia incorrupta, manet, verum & virtus immortalis perseverat, memoriaque revocata oblectat animum. Hi soli domus civitatesque gubernare norunt, Hi Regibus consilia suppeditant, soli justitiæ præsunt injustos graviter puniunt, atque simplex horum dictum legis immutabilis penes plebejos locum obtinet. Ab omnibus admiratione excipiuntur, digitoque demonstrati ubiq; triumphant. Si quid loqui cœperint, hianteis omnes illorum dictis attentissimè hærent; Genitores eorum

τύχως ἅπαντες, ὡς αὐτοὺς ἀποβλέπουσι, καὶ ἅμα ἐκείνων μακαρίζοντες τοὺς τοκεῖς τῆς εὐποτμίας.

Ἐκ τοὐναντίου.

Ὅσοι δὲ τοὺς πόνους πεφευγότες, τυγχάνουσι, καὶ τοὺς μὲν γονεῖς ἠπάτησαν, ἀπέδρασαν δὲ τοὺς διδασκάλους, τήν τε παιδείαν μεμισήκασι, πρὸς δὲ τὰς ἡδονὰς ἐτράπησαν, ἄχρειοι γεγονότες, καὶ λαγῶ βιώσαντες βίον, οὐ μόνον παρὰ πᾶσι δοκοῦσι κατάπτυστοι, ἀλλὰ δὴ καὶ κακίας ἀντ' ἀρετῆς, μνήμην ἐς τὸν μετ' αὐτοὺς κατέλιπον χρόνον. Ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, τὴν Σολομῶντος παρώτρυνε σοφίαν τῶν ἀγαθῶν πόνων τὸν καρπὸν εὐκλεᾶ, καὶ ἀδιάπτωτον ὀνομάσαι, τὴν ῥίζαν τῆς φρονήσεως.

rum beatos prædicantes.

Contrarium.

Quicumque verò labores evitantes parentes deceperunt, præceptoresque odio magis quam amore prosecuti sunt, studiaque sprevere, seque magis vitiis quam virtutibus applicarunt, inutiles facti & leporis vita viventes, non solùm, ab omnibus contemptu habiti sunt, verum & pro laude virtutis, malitiæ in perpetuum post se dereliquerunt nomen. Hæcce! Hæcce! Salomonis sapientiam monebant, ut bonorum laborum fructum præclarum, sapientiæque fundamentum inexpugnabile diceret.

Para-

Παραβολή.

Καθάπερ γὰρ οἱ βασιλεῦσιν εὐδοκιμοῦντες καὶ πρὸς εὐαρεστον πάντα πονοῦσι, πολὺν ἂν τεύξειν τὸν πλοῦτον νομίζοντες, καὶ ξυγκαθίζονται βασιλεῖ φιλοτίμως, οὕτω καὶ οἱ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς φιλοπονοῦντες, ἀδαπάνητον σοφίας κέκτηνται θησαυρὸν, καὶ ἄπτωτον δῆθεν ἔχουσι τὸ τῆς φιλοτιμίας ἀξίωμα.

Parabola.

Ut etenim illi qui omnia ad regum palatum loquuntur, ac faciunt; magnum inde & opum & dignitatum ferentes lucrum, assidere regibus solent, eodem quoque modo & illi, qui bonis literis diligenter operam navant, non solùm incorruptum sapientiæ thesaurum, verum & debitum tantis viris honorem, æternum acquirunt.

Παράδειγμα.

Τὸ τοῦ Πλάτωνος ὅπου μοι φιλόπονον, ὁπόσην αὐτῷ τῆς ἀρετῆς ἐζήνωσεν εὐκλείαν. Ἐξ ἁπαλῶν γὰρ ὀνύχων, καὶ τὴν παροιμίαν, τὸ πονεῖν μεμαθηκὼς, ἐς ἄνδρας ἦκων καὶ τὴν Αἴγυπτον καταλαβὼν τοσαύτην ἐνῆν αὐτῷ πρὸς τὰ καλά τε κἀγαθὰ ὁ τῆς φι-

Exemplum.

Ad Platonis prospice labores; quantam illi virtutis famam contulêre. A teneris enim unguiculis, ut fertur in proverbium, cum sese laboribus dederit; vir factus Ægyptum petiit; ubi tantum laboris in bonas consumpsit artes, ut meritò Divis olim annu-

λοπονίας ἔρως, ὥστε τῆς τῶ Θείᾳ δῆθεν ἀπλώτως ἐπιτυχεῖν ἐπικλήσεως. Ὁπόσῳ γὰρ τ' ἄλλων ἐν τοῖς Θείοις ὑπῆρξεν ἐπιμελέστερος, τοσούτῳ μᾶλλον, ἐκείνους ὑπερηκόντισεν ἀρετῇ.

annumeratus fuerit, quantum enim in rebus divinis cæteris fuit diligentior, tanto magis omnes antecelluit.

Τροπὴ σοφιστικὴ ἀντὶ μαρτυρίας.

Excusatio Sophistica, loco testimonii:

Πολλὰ μὲν ἦν εἰπεῖν καὶ ἕτερα ἐξ ὧν ῥαδίως ἄν τις τὴν Σολομῶντος θαυμάσαι ἀγχίνοιαν δύναιτο· ὅπως δὲ, μὴ Ὄνου ἀντὶ πόνου, καὶ τὴν παροιμίαν, ἐγκώμια γράφειν δόξωμεν ἱκανὰ μοι δοκῶ καὶ ταῦτα πᾶσι; Πρὸς ἐπίδειξιν τῆς Σολομῶντος περὶ πόνων ἀγαθῶν φιλοσοφίας,

Permulta quidem & alia hic dicenda forent, ex quibus facile quisque Salomonis admirari poterat ingenium, ne autem Asini, loco laboris laudem scribere videamur, & hæc dixisse, sat est. Ex paucis nunc hisce jam jam prolatis testimoniis palam omnibus fit, quantum Salomonis sapientia ad bonorum laborum fructus circumcum-

ἐκδεδωκέναι παραδείγματα. (α)

cumscribendos valuerat.

Jam etiam unam alteramve Epistolam subjiciam, ex quibus clarius constabit. Græcorum modernorum ingenia, ne hilum quidem ab antiquorum deflexisse industria, quamquam ob injuriam temporum aliquantulum desolata videantur.

Δημήτριος Ἀλεξάνδρῳ τῷ τιμιωτάτῳ εὖ πράττειν.

Ἐνδελεχῶς σοι τοῖς λόγοις ὁμιλοῦμεν, καὶ τὰ εἰκότα ὡς ἥδιστα προσφθεγγόμεθα, ἅμα διὰ τοῦτο ἡμῶν χρατήσαντος ἐξαθυμίας πάθους παλαμώμενον καὶ γὰρ ἐξ ὅτου ἡμῶν ἀπῆρας τοῦ σφόδρα ἀλγεῖν καὶ δεινοπαθεῖν ἐκεχειρίαν οὐκ ἤγουμεν, πυρὸς λάβρου δίκην τὰ σπλάγ-

Demetrius Alexandro S. D.

Assiduè literis te salutavimus, omniaque officia, quæ Tibi à nobis debentur, grato ex animo per illas exhibuimus, solatium mœroris quo pene inquinati sumus, quærentes: à quo enim deserueras nullas inducias cum mœrore agimus, de flamma quadam memoriæ Tui ignis instar, animi nostri affectus indies consumit.

(α) An hæccæ χρεία Aphthonii atque Libanii χρείαν vel latum unguis cedat nec ne, penes verò Doctores esto judicium.

χνα ἡμῶν ὑλομανῶς νεμομένης τῆς μνήμης, σὺ δὲ οὐκ οἶδ' ὅποι ἐντυχὼν τῷ τῆς λήθης ὕδατι καὐτοῦ ἐς κόρον μεταλαχὼν τελέως ἡμᾶς τῆς μνήμης ἀπέξυσας, καὶ οὐ δίδως σαυτὸν ἡμῖν θεάσθαι γράμμασιν ἀμοιβαίοις καὶ ἡδιστά σοι δι' αὐτῶν προσαλέγεσθαι. Μὴ ἀδίκη, θαυμάσιε, τοὺς σὲ γνησίως φιλοῦντας καὶ τῶν σῶν γραμμάτων τὴν ἀπόλαυσιν διὰ μεγίστης σπουδῆς ἔχοντας. Ἡ γὰρ βαθεῖα σιωπὴ τὰς ἐκ πολλοῦ συνεστηκύας φιλίας διαλύειν πέφυκεν. ἔρρωσω.

sumit. Tu verò nescio, quo in loco oblivionis aqua inventa magnaque copia inde exhausta, nos planè memoriâ Tuâ delevisti, ut neque Tuâ consuetudine per reciprocas literas frui nobis liceat, neque familiariter discursibus Tuis uti. Injurius sanè factus es, erga genuinos Amicos Tuos, Summo nos desiderio literas Tuas indies expectamus. Profundum nobis silentium, longo tempore ac labore acquisitas Amicitias solvere consuevit. Vale.

Huic addam & alteram superiori haud dissimilem, quæ à me ante jam quatuordecim annos ni fallor, exercitii gratia ad sodalem & συνώνυμον Hadrianopoli exarata est, illamque non translatam lectori exhibebo, quia omni-

bus patet, hanc nihil aliud esse, quam compendium, paucis exceptis lineis, Marcellini de vita & scriptis Thucydidis.

Ἀλέξανδρῳ Ἀλεξάνδρῳ τῷ φιλτάτῳ εὖ πράττειν.

Κομισάμενος χθὲς τὰ παρὰ σοῦ ὡς ἡμᾶς γράμματα, φίλων μοι μεγαφιλέστατε, ἤσθην τοιαύτην σοι μαθὼν περὶ παιδείας ἐνῆναι τὴν ἐπιμέλειαν. Ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ πρότερον ἐθαύμαζόν σε τῆς ἀγχινοίας, νυνὶ δ' ἐκ ἧκιστα καὶ τὴν τηλικαύτην περὶ ξυγγραφέων ἀγαθῶν σε φροντίδα ὑπεραγαμαι. Μᾶλλον δὲ περὶ τῆς ὑπὲρ Θουκυδίδου ἐπικρίσεως, ἣν παρ' ἡμῶν καλῶς ποιῶν ἀπαιτεῖς. Ἡ γὰρ γνῶσις τῶν τοιούτων πλεῖον ἰσχύει, ἥπερ ἥμισυ τοῦ παντὸς πρὸς γε πολυμάθειάν τε καὶ εὐμάθειαν. Ἴσθι τοίνυν τὸ σωτομώπωπον, ὡς τριῶν ὄντων ξυγγραφῆς χαρακτήρων, ὥσπερ καὶ γένη ῥητορικῆς, ἰσχνοῦ, μέσου καὶ ὑψηλοῦ. Ἤτοι δεινοῦ τοῦ δεινοτάτου τε καὶ ὑστάτου τούτων κέχρηται Θουκυδίδης. διὸδὴ καὶ δυσμίμητος πάντων πέφυκεν ὁ ἀνήρ, οὐ μόνον, ὅτι Ἡρωϊκῆς ἔτυχε φύσεως ἔχων δεξιῶς, ἀλλά καὶ αἱ τοιαῦται τὸ μέγεθος ἀρεταί τε καὶ πράξεις, ὑψηλούς τε καὶ τοὺς λόγους ἔχειν ἐχρῆν. Ὧν δὲ τὰ κατορθώματα βιβλίοις, τούτων καὶ τοὺς περὶ αὐτῶν λόγους μεμῆκεν τοῖς

τοῖς κατορθώμασιν ἀνάγκη. Δεῖ γὰρ τοὺς ξυγγραφεῖς ἀτεχνῶς τοὺς ἀρίστους τῶν ὑποδραματουργῶν μιμεῖσθαι τὸν τρόπον ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι προγεγυμνασμένοι ἀκριβῶς πάνυ τὰ τε πρόσωπα καὶ τοὺς λόγους ὑπεξερχόμενοι, τοῖς θεαταῖς οὐ τὴν τυχοῦσαν παρέχουσιν, ἡδονὴν, οὕτω καὶ οὗτοι τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν εἰκάζοντες τοῖς λόγοις τὰς πράξεις, μεγίστην τῆς ἑαυτῶν ξυγγραφῆς ἀφετὴν ἐπιδείκνυνται. Τοιοῦτος ἄρα Ὅμηρος καὶ πίνδαρος ἦν ὁ θηβαῖος, οὓς ὡς μάλιστα θουκυδίδης μεμίμηται. Τὸν μὲν, ὡς οἰκονομικὸν ἐν τοῖς πράγμασι, πινδάρου δὲ τὴν δεινότητα, καὶ τὸ τοῦ ἤθους ὑψήγορον. Διαφέρει δὲ, ὅσον προτιμᾷ τοῦ ἡδέως τὴν ἀλήθειαν μισοψευδὴς ὢν ὁ θουκυδίδης. Ψυχῆς γὰρ χαρακτὴρ ἐκ λόγων γνωρίζεται. Ἀπαθὴς γὰρ ἐν τοῖς λόγοις πέφυκε. Καὶ τὸ μὲν γοργὸν αὐτοῦ θαυμαστὸν βραχύτητος δὲ, πλείονες οἱ νόες τῶν λέξεων ἔλαχον. Τὸ δὲ γνωμολογικὸν τοῦ ἀνδρὸς πλεῖστοι μιμῆσθαι ἐθελήσαντες, ὧν εἷς καὶ δημοσθένης ἦν, ὃς ἑπτάκις αὐτὸν ἐπιμελῶς ἐξέγραψεν, ὅμως πόῤῥω πάνυ ὡς δοκεῖ μοι τῆς οἰκείας γνώμης ἐξέπεσον. Δεινὸς γὰρ ἦν ἠθογράφος, καὶ πολὺς τὴν τέχνην, κάλλει τε λόγων, καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων, καὶ στρατιγίαις. καὶ συμβουλαῖς χρῆσθαι, καὶ ἀνάπλεως ἐστὶ πανη-

γυρικῶν ὑποθέσεων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μεταβαίνειν ἀπὸ ἀρσενικῶν εἰς θηλυκὰ, καὶ θηλυκῶν ἐς οὐδέτερα, καὶ ἀνάπαλιν εἴωθε. Φυλαξ ἀρχαιότητος, καὶ λόγων ἐφευρετὴς θουκυδίδης. Ἅπασα δὲ αὐτοῦ ἡ ξυγγραφὴ εἰς τρία τῆς Ῥητορικῆς ἀνάγεται εἴδη. Εἰς μὲν τὸ πανηγυρικὸν διὰ τὸ ἐπιτάφιον, διὰ δὲ τὰς δημηγορίας εἰς τὰ συμβουλευτικὸν, πλὴν δυεῖν μόναιν πλαταιέωντε καὶ θηβαίων, ἐν τρίτῃ κειμέναιν τῶν ξυγγραφῶν. Διὰ γὰρ ταύταιν ἐς τὸ δικανικὸν τῆς Ῥητορικῆς ἀνάγεται εἶδος. Ταῦτα ἐκ πολλῶν ὀλίγα σοι πάνυ, περὶ τῆς θουκυδίδου, εἰμὴ διαμαρτάνω τῆς γνώμης αὐτοῦ, ὑποτιθέμενος πέπομφα. ἔρρωσω.

Sunt quidem in hisce adiectis exemplis nonnulla corrigenda μειρακιώδη, & ut solet Spiritus Juvenilis inflatus aliqualiter esse; quæ tamen nos in naturali statu ideo relinquimus, ne ex tenellis Græcorum Juvenibus, perfectos atque Senes Græcos fecisse videamur. Scio enim juvenem cujus nomen ob amorem proximiorem reticere cogor, qui jussu Archi-Episcopi Hadrianopolitani orationem panegyricam in Festo Prophetæ Eliæ composuit meris Luciani & Aristophanis Phrasibus. Quicquid sit, hæc omnia Atticissimo stylo esse conscripta nemo nisi Græcæ linguæ ignarus dixerit, qualis

fuit

fuit ille qui Grammaticam à me editam non pura lingua conſcriptam eſſe imaginatus eſt haud rectè. Nos & illam & hæc Cl. Cenſoris Barneſiani & Actor. Eruditor Lipſienſ. Collectoris cenſuræ ſubjicimus. Hic enim inter primos eſt, qui hæc judicare queant. Cæterorum minus peritorum cenſuram non curamus. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

Hujusmodi igitur exercitiis diligenter peractis, ad Ariſtophanem, Euripidem, Sophoclem, Pindarum, Theocritum, aliosque hujus commatis poëtas adſcendunt, quibus, ad illorum verſus ſcandendos atque imitandos Enchiridion Hephæſtionis adjungunt. Horum Poëtarum una alterave Comœdia aut Tragœdia peracta, Homeri Iliadem in ſe ſuſcipiunt, illamque fere totam diligenter abſolvunt, & quod magis mirandum eſt, hæc omnia ſpatio trium annorum ad finem perducunt. Non ut Fechtius dicebat ein natürlicher Huß gegen denen Studien. Sæpe numero igitur mirari ſubiit, quo pacto nempe in quibusdam Europæis Gymnaſiis ſtudia tractentur, ut juvenes poſt octo ferme annos, quos in Gymnaſiis terunt, vix tamen Epiſtolium Latinum ne dum decem vocabula Græca absque errore exarare poſſint. Cauſam quidem non ignoro, & illam palam dicerem, niſi privata illa & privatiſſima ut nuncupare ſolent, Collegia impedimento forent. Imo illud magis impedit quin omnia palam dicam;

quod nempe una eademque ſeptimana quatuor, vel quinque Claſſici Autores illis explicantur. Græcis Doctoribus privatim eruditionem ſuam juvenibus vendere non licet, ſed quicquid ſcientiarum tenent, fideliter palam juvenibus proponere tenentur, poſtquam annuum honorarium ſemel jam iis deſtinatum eſt ab Epiſcopo. Scio hæc non ad multorum palatum eſſe, tamen ad emendandam hanc corruptelam, de qua jam dudum Vir Clariſſimus, Langius conqueſtus eſt, multum proſunt; & forte neque mihi vitio vertent viri Eruditi, quod ſagaciori oculo ſtatum Europæ perſpexerim. Nam id veri peregrinatoris officium exigit. Non enim è Græcia profecti ſumus, ad pulchritudinem civitatum, ædificiorum, locorumque fertilitatem perluſtrandam, neque ut Zythum deguſtaremus, in qua Univerſitatis caupona melior ſit, aut quæ ſit felicior formâ, quæ maxime levis animi juvenes oblectant, experiamur, atque curramus ex una ad alteram Academiam, ut ſolent gregarii mendici ab uno pago ad alterum; ſed Oxonii & Londini tres annos, Amſtelodami unum cum dimidio, Halæ annum & forte diutius, niſi aër loci Græcis infenſiſſimus eſſet, Pragæ duos cum dimidio, & Altorfii quatuor jam annos paucis contenti degimus, & præter alia, illa quoque diſcere conamur, quæ quamvis ob oculos multorum verſentur, illi aut ignorant, vel ſi non, deſpiciunt, atque ἀπὸ τῶν πίλας ut pluri-

plurimum inſpicere ſolent. Aſt utinam & illa recte perſpicerent! Sed de hiſce alibi plura, ſi Deus vitam & tempus conceſſerit! Libros quos ſupra in Gymnaſiis tractare Græcos diximus, omnes, quamquam mediocri pretio comparare poſſint, propria tamen manu Juvenes tranſcribunt, quod ipſis alterum eſt emolumentum. Hos in tranſcribendo transverſi digiti minoris exarant linearum diſtantia, quo ſuas ψυχαγωγίας ſubtiliori calamo, quandoque etiam diverſo atramento, difficilioribus vocabulis per faciliora ſ. æquivoca, quod ad copiam verborum acquirendam multum valet, inſerere poſſint, quibus multi decepti in Europa tanquam variantes lectiones typis mandare, atque inde Authoris mentem in dubium vocare, non dedignati ſunt, quo factum, ut non ſolum Claſſici autores peſſimè ab hiſce dilanientur, verum etiam ſacrorum codicum autoritas hinc inde vacillet. Neque enim novus mos ita ψυχαγωγίας ſcribendi eſt. Nam vel antiquiſſima manuſcriptorum exemplaria, tum novi Teſtamenti tum uſitatiorum Autorum, in plurimis Europæ bibliothecis mihi videre contigit.

Superior in Gymnaſio Secularis eſt, raro Clericus. Salarium ejus in nonnullis civitatibus ad quadringentorum florenorum numerum aſcendit, poſtque Epiſcopum honoratiſſimum Locum tenet, vocatur autem διδάσκαλος τῆς ἐυαγγελίε, ut plurimum. Hic paulo poſt or-

tum Solis, in Conclave quoddam, ubi juventus illum expectat, venit, atque ſtando verſus orientem precibus fuſis conſidet, atque juvenibus Schedas ſuas præſto in manibus habentibus primum ſenſum autoris explicat, enarratque quid iſtius diei lectio contineat. Deinde conſtructionem & ſignificationem verborum & tertio metaphraſin aliquam in ſimpliciori lingua annectit. Hæc omnia juvenis aliquis, quem Doctor elegit, ter verbotenus repetit, Cumque jam illos ſat tum verborum ſignificationem, tum autoris mentem capere, videat, ſemovet à ſe, & in alio conclavi ut lectionem in vulgariorem linguam transferant, ſuasque variantes lectiones ſcribant, faciantque collectionem Phraſium, jubet. Dum hi id facere conantur, is aliis alias lectiones, Rhetoricas, Logicas, Phyſicas, Metaphyſicas, Ethicas &c. tradere conſuevit, niſi aliquando in lectionibus Theologicis Epiſcopus locum Doctoris ſuppleat. Poſtquam verò juniores, qui Grammaticam tractant, lectiones ſuas in vulgariorem linguam tranſtulerunt, translationem hypodidaſcalo corrigendam tradunt, & factis ψυχαγωγίαις, prandium majores petunt, cæteris vero in Gymnaſium prandium fertur. Horulâ à prandio omnes rurſum adſunt, & præſente Doctore, Methodo Grammatices à Nobis An. 1712. editæ in omnibus partibus orationis accurate examinantur, ibique tota ferme Grammatica repetitur.

Hic

Hic arcaniores Græcæ linguæ constructiones, vis significationis verborum, Atticismi, quæque phrasis elegantior altera, aliaque hujusmodi plura, diligenter enucleantur. Hanc ipsam lectionem altero die mane, antequam Doctoris novam tradat, è Juvenibus aliquis, quem is eligit, eo modo, quo Doctorem explicantem audivit, repetere solet, si quid ignoraverit, aut negligenter tractaverit, increpatus ad tertiam & quartam usque horam pomeridianam jejunare tenetur, Gymnasium custodiens, quem magis pudor, quam mille jejuniorum pœna mordet. Ab omnibus enim deridetur. Has tamen illorum pœnas nemo foras proferre audet, nisi velit has ipsas & adhuc majores incurrere. Modestiam ac pietatem quæ maximè juvenibus commendatur, diligenter observant. Se invicem λογίους appellant, à lusibus & vulgarioribus juvenibus, plane segregant se, profanum ducentes Juvenes jam elegantioribus moribus ac studiis imbutos, rebus scurrilibus mentem distrahere. Hoc ipsorum supercilium multos alios jam illiberalibus artibus initiatos pellexit ad studia. Juventus enim semper zelotypa est; præsertim cum illos quandoque publice panegyricas orationes memoriter recitare ac à populo in tanto honore haberi, videat.

In Logicis compendium Reverendissimi D. Sugdoris Johannensis Corydallei Athenien-

sis

ſis & ipſam Ariſtotelis Logicam docent. Hujus etiam Rhetoricam unâ cum Hermogenis Scuphi atque Corydallei, Londin. an. 1625. edit. ethicam, politicam, additis addendis quæ nempe Chriſtianis competunt, auditoribus ſuis explicare ſolent. Hiſce addunt Arithmeticam Nicomachi Geraſeni cum Scholiis Procli Philoſophi. Studia Mathematica valde deſiderantur: præter enim Euclidem atque Archimedem nihil habent, ac valde raro iis incumbunt. Studia Phyſica & Metaphyſica, ſi experimentalia excipias, non ita negligenter tractantur, quare & Ariſtotelis magni ſunt Fautores Græci. Medica ſtudia in his Gymnaſiis, vel univerſitatulis, ut ita loquar, ſi Bururestum excipies planè ignorantur. In Theologicis nihil iis deeſt. Habent n. Sacras Scripturas, habent unum alterumve Patrem, quaſi commentarium ſupra ſcripturas, & præterea uſitatiſſimum inter illos eſt Syſtema Theologicum Joh. Damaſceni, in hiſtoria Euſebium, Zonaram, Socratem, Matthæum Chronograph. Thucyd. Polybium, Appian. Zoſymum &c. Judicet hinc æquus Lector, quid ſentiendum de his Joh. Fechtii dicteriis: Es entſtehet daher fünfftens aus der von langen Zeiten her gewohnten Barbarey und Unwiſſenheit ein Torpor, eine Verſtockung in der Ignoranz, ein natürlicher Widerwillen und Haß gegen denen Studien / daß ſie diejenigen anfeinden und auslachen / welche ſie von ihrer alten Gewohnheit

heit abbringen wollen: & rursus: (α) Ohne einige Vernunfft: Cultur aber seynd die Leuthe zu nichts anders zu bringen / sondern müssen nur wie die Bestien tractiret werden / an welchen alle Müh und Arbeit verlohren; &c. ejusdem commatis sunt, quæ inferius nescio quo consilio edoctus, profert: (β) Ihre Theologie bestehet in denen Ceremonien / und seynd sie in dieser elenden Religion durch die Länge der Zeit dermassen verstockt / daß sie ehe das Leben / als ihre Gewohnheit und Ignoranz lassen würden. Facile mihi foret & in foro humano excusabile justa retorsione uti, & quam parum humilitatis, nedum charitatis Christianæ habeant hæc judicia, ostendere; sed memor illius moniti Apostolici Rom. XII. 19. 21. malo omnia Deo committere judici & vindici veritatis, vulgari illô Græcorum superaddito; ὅταν ἀποθάνωμεν θάλωμεν ἰδῆ. id est, quando morimur, videbimus, quod summam sinceritatem animi apud illos denotat. Nunc autem breviter exponemus quidnam Græci de gente sua, suisque studiis sentiant.

CAPUT V.

Quidnam Græci de Gente eruditioneque sua sentiant.

VErum enim vero & si tanta diligentia ac industria, ut ad pristinum eruditionis statum Græcia

(α) Vid. cap 17. §. 12. (β) Vid. cap. sup. cit. §. 13. & cap. 13. §. 8.

Græcia revocetur à modernis adhibeatur, tamen haud multum proficiunt, idque varia ob impedimenta ac obſtacula. Non enim tam multos, opulentos ac ſplendidos patronos & promotores ſtudiorum ſuorum juvenes habent, quales in Europa ſunt Reges ac Principes, qui quotidie ad artes liberales promovendas tantas profundunt opes; quare cum quisque juvenum noſtrorum ſuis ſubſidiis vivere teneatur, facili negotio in illa ἀκμῇ ſtudiorum ſuorum flacceſcit. Quod ſi ita in hiſce regionibus eſſet cum ſtudiis comparatum, ne quidem minima pars juventutis illis daret operam. Magna enim pars ſtudioſorum in Academiis hiſce aliorum ope ſuſtentantur; non igitur vitio verti debet Græcis, quod non multos habeant doctos: Nam ſecundum tritum *deficiente pecu deficit omne nia.* Aſt vir quidam Celeberrimus, Jenæ Collegium quoddam calamo auditoribus ſuis tradidit, quo in crimen pigritiei ac barbariei Græcos vocat, quod filios ſuos haſce in oras ad ſtudia artesque liberaliores excolendas non mittant, quaſi vero hoc non duplos ac triplos ſumtus exigeret; ut taceam jam pericula tum corporis, tum animæ. Vel quis Regum aut Principum, aut Doctorum eſt, qui ab initio hujus ſeculi absque faciei rubore gloriari poteſt, ſe octo Græcos quot quidem affuerunt Oxonii aut ſaltem quinque quot omnino acceſſere Halam, ſumptibus ac ſtipendiis ſuis ſuſtentaſſe?

Vix

Vir Summe Reverendus Prof. Franckius multum omnino fecit, ſed tantum, quantum privatus homo charitate aliorum non regio ſtipendio ut quidem Anaſtaſio aliisque promiſerat, ſubnixus tot hominum ſtudia ſublevare poteſt! Quod ad me attinet, facile gloriari poſſum, me per integros decem menſes mediocri τῷ νῦν ἐν μακαρίοις, Sereniſſimi Principis Georgii ſtipendio gaviſum fuiſſe, cujus rei præter ſupra laudatum D. Prof. etiam Clariſſimum Dominum D. Ant. Guil. Boehmium teſtem vocare poſſum. Multa ſane & hic ſtupenda addidiſſem exempla, niſi certo certius mihi conſtaret, pluribus odioſa futura, & præſertim iis qui mihi patroni exſtiterunt. Nam ſane prò fruſtulo panis nemo Græcorum tam ſtolidus eſt, ut hasce petat regiones, quare & illi qui huc profecti ſunt absque ullo ulteriori fructu, & forte deteriori animo in patriam reverſi ſunt. Ferreum enim pectus ad has ſufferendas miſerias deſideratur, quod quam difficile ſit hujusmodi juvenibus, non niſi expertus novit. Proh Deum immortalem quanta noſtra fuit audacia! quanta infantilis temeritas! Si patriam repetimus, non ſolum toti Eccleſiæ, ac ipſis parentibus ſuſpecti erimus, verum rebellium inſtar; torve nos aſpicient Turci & ad Triremes ſ. (Galeras, ut communi utar vocabulo) imo ad ipſam mortem crudeliter deducendi occaſionem quærent; Sin hic manſerimus, præter conſcien-

ſcientiam læſam, etiam miſerrimis conditionibus vitam degere cogimur. Heu me miſerum! hiccine eſt fructus ſtudiorum noſtrorum! Hi ſunt honores, qui ſequuntur virtutem! Scio non defuturos honores, ſed periculis plenos.

Mors hominum felix, quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mæſtis ſæpe vocata venit!
Ebeu, quam ſurda miſeros avertitur aure,
Et flentes oculos claudere ſæva negat!

Conditiones haſce plane ignorant, qui de Græcis ac Græcia multa loquuntur. Sed ita eſt, facile omnes cum valemus recta conſilia ægrotis damus. Nam quæ ſpes abſolutis ſtudiis reſtat? Si quis ad parochiam peractis ſtudiis promoveatur, ac tum non minus è ſuis vivere, quam quisque civis tenetur. Si ad Epiſcopatum aſpiret, vel ad majores Gradus ſemper juventus vitam rigidam ac moleſtias illorum quotidianas, & quidem ſine ullo ulteriori lucro, præ oculos habens, abhorret hujusmodi conditiones. Nam Prælatorum Eccleſiæ Græcanicæ ſalarium Charitas Chriſtianorum eſt. Ex hac unica victum & amictum habent, ex hac tot tributa Turcis ſolvenda ſunt. Hi vero quibus prius ſatisfaciant? Turcisne tributum ſolvant, an Eccleſias atque illarum præfectos, vel domum propriam manuali labore ſuſtentent prius? Et tamen Græcos Ricautus avaros vocat, qui malunt ipſi fame mori, quam ut Eccleſias ac Clerum permittant periclitari. Certe

ſi

si Clerus Patriæ suæ, Charitate Christianorum vivere deberet, citius fame morîretur, quam obolum è manibus plebis extorqueret. Hisce in regionibus, alii sæpe ad panem, alii ad honores in posterum acquirendos studiis operam navant: in Græcia, ut sibi majora pericula majoresque molestias creent. Hi se ad officia, quandoque per fas & nefas intrudunt, & alter alterum quasi humero pellere conatur, alii forte etiam orant, ut hic, vel ille moriatur parochus, aut Professor, aut Consiliarius, & nisi quis Munus publicum prius acquisiverit, rarissime uxorem ducit; in Græcia nisi prius probaverit, quomodo domum suam gubernet, nunquam ad sacra officia vocatur, imo oratur, supplicatur, ne deserat populum Dei absque pastore, & sæpe vix impetrare possunt, ob causas, quas jam supra diximus. Sed forte mihi objiciunt, mutationes Patriarcharum in sede Constantinopolitana; at si de aliis hujusmodi exemplum ostendere quis poterit, magnus mihi erit Apollo. Hoc accidere nonnunquam solet Constantinopoli, non ob magnos reditus, sed ob stultam quandam nonnullorum ambitionem. Nam quanta incommoda, quantas molestias hic unicus Patriarcha habeat, quid opus ut ego prolixius recenseam, cum jam integra hac de re volumina sint conscripta. Quid autem per annum Clerici à Christianis habeant, & quibus mediis sustententur, pluribus expedirem, nisi

in hocce tractatu prolixitatem vitandam existimarem.

Hisce itaque consideratis miserlis, quemvis, postquam aliqualiter ingenium suum excoluit studiis, ad res domesticas excolendas, quibus domui suæ consulat, sese applicare oportet, nisi, nonnullos excipias pios, qui omnes molestias vili pendunt, modo Deo & proximo inservire possint. Hi sunt, qui Episcopi & metropolitæ fiunt, postquam in Monasterio quodam pie & devote per plusculos annos vixerint. Hæc vel maxime sunt in causa, cur pauci dentur inter Græcos eruditi, fecitque ut multi jam ac ingenui Græcorum non solum in concionibus, verum & in scriptis suis querelas hac de re post se relinquerent. Sebastus enim Trapezuntinus, in Heortologia sua de hâc Græcorum ignorantia ita loquitur: τὰ ὁποῖα ἂν καλὰ νὰ ἐυρίσκωνται, καὶ εἰς ἄλλες διδασκάλες, πολλὰ καὶ καλὰ θεωρήματα, ἀλλ' ὅμως εἶναι ἑλληνικὰ καὶ δεινὰ, καὶ καθένας δὲν τῇ γροικᾷ καὶ τὸ ἐδικόν μας γένος εἰς τὲς καιρὲς μας, ὄχι μόνον ἑλληνικὰ δὲν ἐξέυρεσιν, ἀμὴ καὶ αὐτὰ τὰ κοινὰ λεγόμενα γράμματα οἱ περισσότεροι δὲν τὰ γνωρίζεν. διὰ τοῦτο λοιπὸν τὰς αἰτίας ἠθέλησα νὰ κάμω καὶ τοῦτον τὸν κόπον εἰς ἀπλῆν καὶ κοινὴν γλῶσσαν, καὶ διὰ ἔδικήν μὲ ὠφέλειαν, ὡς ἔποσμεν καὶ διὰ τὲς Φιλομαθεῖς περὶ τὰ τοιαῦτα, κἂν τε παιδαίες κἂν τε χυδαίες &c. i. e.

Et

Et quamvis multa ac bona hujusmodi pœnes etiam alios Doctores inveniantur, sunt tamen erudita lingua & difficili conscripta, quam quisque non intelligit, & nostra natio non tantùm illam linguam non intelligit verum plurimi nec ipsas communes literas (i. e. legere) *intelligunt. Has ob causas ad hunc librum in communem linguam scribendum nulli peperci labori idque tum ob meam, tum ob aliorum utilitatem, sive Docti sint, sive Rustici &c.* Eodem modo etiam Maximus Peloponnesensis conqueritur. Verba ejus sunt hæcce: πρέπον καὶ δίκαιον κατὰ ἀλήθειαν ἦτον, ἀδελφοὶ καὶ τέκνα τῆς ἀναπολικῆς ἐκκλησίας, νὰ μὴν ἔλθῃ τὸ γένος μας τὸ ἐπαινετὸν εἰς τόσην ἀμάθειαν καὶ χέρησιν τῆς σοφίας, &c. Ex hisce tamen cavesis B. L. concludas, Græcos in tantam deveniisse ignorantiam, ut ægre legere nedum intelligere (ut cum Rosa inter spinas loquar) sacros codices possint. Nam ex supra citatorum scriptis clarissime in sequenti capite patebit, Græcos modernos (loquor, de plebe) non minus sacros codices in textu originali intelligere, quam quilibet Germanus ex. grat. Rusticus in sua propria lingua translatum Novi Testamenti codicem, id quod in sequentibus clarius forte patebit.

CAPUT VI.

In quo ostendit plebem Græcorum, non minus Sacros Scripturarum Codices intelligere, quam quilibet Plebejus Germanus, in pura Germanica lingua conscriptos.

AUdivimus jam supra ingenue Græcorum Eruditos de ignorantia suæ gentis conqueri; at ut paulo ante monui, cave hanc illorum ignorantiam ne nimium extendas, fingasque tibi illos haud quaquam Scripturas Sacras in textu originali capere posse: dico, quantum Plebejus capere potest. Conqueruntur enim illi de statu moderno, quod nempe non inter omnes modernos Græcos, ac apud antiquos, elegans illa floreat lingua, & quod non ita moderna Græcia ut olim abundet doctis viris, quibus aliæ gentes hodieque gloriantur. Nam revera poetas aliosque difficiliores autores plebem Græcorum non posse intelligere, nisi aliqualiter se exerceat, nemo sane Græcorum, si sana mente præditus est, inficias ibit; ast N. T. in originali lingua non capere, dementium sano est persuasio. Nam quantum simplicitate linguæ N. T. à cæteris scriptoribus differat, nemo intelligit, nisi utrumque genus scribendi probe calleat. Nam simplicius Scriptum inter veteres Authores, præter Sanctum Macarium Ægyp. Dorotheum, Xenophantis Supplemen-

tum

tum ad Thucydidis Hiſtoriam, & Luciani de vera Hiſtoria duos libros, nunquam quicquam legiſſe me memini. At hos omnes N. T. ſimplicitate linguæ paraſangis, (ſi epiſtolas S. Pauli excipias) ſuperare quis non videt? Res ſacras ac officia Eccleſiaſtica & ipſas liturgias multo difficiliori ſtylo eſſe conſcriptas, quam novum teſtamentum, nemo niſi mente captus inficias ibit. Jam autem ſi oſtendam, hos Eccleſiaſticos libros populum non ignorare, facile conſtabit, quid de N. T. ſentiendum reſtet.

Veniat igitur in medium Eques Anglus Edwin Sandis, teſtis omni exceptione major, qui diu tum in Italia, tum in Græcia verſatus eſt. Hic oculatus teſtis hac de re ita loquitur: „ Ils „ tienent, qu' en l' oraiſon intelligence eſt ne„ ceſſairement requiſe, & qu' icelle doit aller „ du Pair avec l' affection pour accompliſſe„ ment de devotion à prier Dieu. Et quoisque „ leurs liturgies ſoyent les même qu' es temps „ paſſes, aſſavoir, Celles de S. Baſile, & de S. „ Chryſoſtome, & de S. Gregoire (translate „ de Grec en Latin) ſans qu' ils y ayent chan„ ge le langage ſelon l' abaſtandiſſement, que „ leur langue à ſuffert; ils maintienent toutes „ fois que leur commun peuple, pour peu qu' il „ s' y exerce & habitue, les peut aiſement en„ tendre &c. De ſtatu modernæ Græcæ Eccleſiæ(a) i. e. Græci exiſtimant Orationes in lingua „ intelligibili neceſſario requiri, & ſimul cum „ affe-

(a) Vid. cap. XLII. §. n. 409.

„ affectu animi Deo preces ſolvendas eſſe, &
„ quamvis Liturgias easdem cum antiquis ha-
„ beant, hoc eſt, S. Baſilii, S. Chryſoſtomi, & S.
„ Gregorii (quæ etiam latine exſtat, transla-
„ tæ) ſine tamen mutatione idiomatis linguæ
„ quæ ſpuria eſt, nihilominus exiſtimant po-
„ pulum ſuum attentiorem facillime poſſe in-
telligere &c. Superius condemnat Latinos, ob ſacra officia, quæ in Lingua Latina apud ipſos celebrantur. Ricautus etiam cum occaſionem hac de re loquendi haberet, nullam hujus rei mentionem fecit. Damnat verò celeritatem in orando illorum, non ignorantiam linguæ, qua orationes ſcriptæ ſunt. Capite enim XI. ſui libelli de ſtatu Eccleſiæ Græcæ, vel exercitatiſſimus, inquit, illorum monachus, Liturgiæ ſuæ Grammaticum ſenſum reddere non poteſt, ſcribere tamen & magna cum linguæ volubilitate legere, omnes ferme poſſunt: quod idem accidit cum Plebe e. gr. Germanorum, ergo quia grammaticum ſenſum reddere non poſſunt, ſequitur quod non intelligant Sacras Scripturas alioſque Eccleſiaſticos libros? Hocce in loco Ricautus, ſi putaret illos non intelligere ſacra officia, damnaret omnino, cur non in vulgariorem transferant linguam, ſed agnoſcebat ſine dubio, ſe hoc absque læſione Conſcientiæ ſuæ facere non poſſe. De la Croix autem, qui multo poſterior Ricauto eſt, linguam, qua ſacra officia apud Græcos celebrantur, exiſtimat

mat esse Communem modernorum. Non ignoro quidem magno nomine viros, & imprimis illum nobis admodum charum, qui exercitationem Philologicam de differentia Linguæ Græcorum veteris & novæ conscripsit, in qua linguam modernam ab antiqua non minus, quam Italicam a Latina deflexisse, variis argumentis & multorum testimoniis demonstrare conatur, sed hos suis oblectari opinionibus, quæ sæpissime fallunt & falluntur, permittimus, quippe nihil è propria experientia, quæ nos aliter informat, ad opiniones suas probandas habent, nisi nonnullos politiços versus insulsorum quorundam Italorum (ut infra melius patebit) Venetiis impressos, quos nemo Græcorum in Continente habitantium, intelligat, nisi latinam prius Italicam & Gallicam linguam probe calleat. Deflexisse quidem modernam linguam Græcorum à lingua Homerica, aliorumque poëtarum, à lingua Platonica aliorumque Philosophorum, à lingua Demosthenis, aliorumque oratorum, à lingua Thucydidis aliorumque Historicorum, non inficias ibo: Nam mihimetipsi testis, ac alii docti ac eruditi viri facile mecum consentiunt, me tres integros annos ludibundâ operam ad hos autores percipiendos impendisse, an autem aliarum gentium juvenculi, qualis ego tum temporis fui, cum adhuc operam dedi, in tam brevi temporis spatio, ita etiam, ut Græcorum juvenes, Græcam

linguam, & quidem ludibunde, addiſcere poſſint, atque in totum Græculos imitari, necne, non eſt quod meum hic addam calculum, quum tum experientia mihi conſtet, in Gymnaſiis ad Linguam Latinam diſcendam, ſeptem aut octo annos aliquando juvenes conſumere & tamen vix decem voculas absque hæſitatione proferre poſſe, in qua maxime deſudant, nedum in Græca Lingua Græculos, ut jam uſu recepto vocabulo utar, imitari poſſe; tum etiam Cl. *Cenſor* editionis Homeri Barnefianæ in Actis Eruditorum An. 1712. *Nos*, inquit, *in verſibus condendis aliqualiter Græcos imitari videmur, ſed in proſa planè ſumus inſulſi.* Et ſi licet mihi, veritatem ingenuè fateri, hujus viri teſtimonium plus valet, quam multorum in Europa linguæ Græcæ jactatorum. Tanta enim linguæ Græcæ in hoc Viro deprehenditur notitia, quam ſi hic deprædicare vellem, nemo ſanè crederet, niſi prius talis fieret Græcus, qualis ille exiſtit; & nos forte in obſcurorum Virorum Græcanicis epiſtolis clariùs demonſtrabimus: Attamen modernorum Græcorum linguam, ita ab omni antiquitate deflexiſſe, ut ægerrime textum ſcripturarum moderni intelligere poſſint, vix, & ne vix quidem, mihi perſuadere poſſum; cum haud obſcura habeam argumenta, quæ contrarium potius probant; id quod luce meridiano clarius eſſe oſtendemus, nec multis Lectorem morabimur; nam hocce præſenti ſeculo Jenæ,

Gram-

Grammatica, Græca vulgaris linguæ, authore M. Joh. Tribbechovio, prodiit, in cujus fine parvum colloquinm inter duos amicos adjectum est, quod ita sonat:

Ὀλίγα συνομιλήματα ἀναμέσον εἰς δύο φίλους. personæ Ἰακωβός, παῦλος Ι. χαῖρε αὐθέντη π. πολλὰ τὰ ἔζησας error typographi est, pone ἔτησας &c. Sunt quidem hic nonnulla monenda, sed ne confusionem discursui nostro interruptio producat, in sequenti capite prolixiores erimus. Jam autem ex Græcorum modernorum Scriptis, illud evincam, quod nempe modernorum linguam, quoad sensum & significationem, non multum ab originali lingua novi Testamenti deflectat. Veniat igitur Dn. Anastasii Macedonis Nob. Græc. & Regiæ societatis Berolinensis Membri, epistola ad eundem supra laudatum Tribbechovium, vulgariori lingua exarata, in fineque Grammatices jam jam memoratæ affixa, quæ ita incipit:

Τοῦτο εἶναι ἐκεῖνο, ὁποῦ ἐμπειρότατα ὄχι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀληθινώτατα ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος λυσίας ἐν τῷ περὶ διαλέκτων παρὰ λασκάρει τῷ βυζαντίῳ ὁ ῥήτωρ διὰ τὴν φύσιν τῆς γλώσσης ἀπεφθεγμάτισε λέγωντας, ὅτι ἡ γλῶσσα νοῦν οὔτε πολλὺν, οὔτε μικρὸν ἔχει, ὁ δὲ νοῦς ᾧ μὲν πολὺ πολὺς. ᾧ δὲ μικρὸν μικρὸς.

Εἶναι τοῦ ῥήτορος τὸ ἀπόφθεγμα θεμελιωμένον εἰς αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, τίς ἀμφιβάλλει; Ἂν ἡ παγκόσμιος εἰκόνα τῆς ἱστορίας ἀνάμεσα εἰς τὰ ἄλλα θαύματα τῶν παλαιῶν αἰώνων, ἄλλον ἑρμῆν (διὰ νὰ εἰπῶ κατὰ τὴν τότε συνήθειαν) ἐπαράστησε τὸν Ἀθηναῖον ἐκεῖνον Θεμιστοκλῆν, εἰς τοῦ ὁποίου τὸ στῆθος πλέον χρυσαῖς ῥανίδες εἶχε πλημμυρήσει ἡ καλοκαγαθία τῆς φύσεως παρὰ ταῖς ποιητικαῖς ἐκείναις βροχαῖς, ὁποῦ ἐστάλαξαν μίαν φορὰν εἰς τῆς δανάης τοὺς κόλπους ὅθεν πρὸ τοῦ νὰ τελειώσῃ μίαν χρονικήν τοῦ κυκλοφορίαν, εἶδεν ὁ ἥλιος εἰς τῆς περσικῆς βασιλείας τὰ θέατρα Ἀθηναῖον Ἥρωα τόσαις παλλάδες νὰ πέμπῃ ἀπὸ τὸ στόμα, ὅσαις ἐπρόφερνε φωναῖς μὲ τὴν περσικὴν Μοῦσαν. i. e. Hoc illud ipsum est, „quod prudentissime non solùm, sed etiam „verissimè antiquus ille Rhetor Lysias in illo „de dialectis apud Lascarem Byzantinum de „natura linguæ pronunciavit, dicens; Quod „lingua neque multum, neque parum ingenii „habeat; Ingenii verò cui datum est multum, „hoc multum est, cui autem parum, hoc „parum est. Hanc Rhetoris sententiam fun„damentum habere in ipsa veritate, quis du„bitaverit? Si mundi speculum historia inter „alia miracula priscorum seculorum alterum

Mercu-

„ Mercurium, (ut loquar secundum mo rem
„ istius temporis) exhibet Athenienſem il lum
„ Themiſtoclem, cujus pectus aureis r diis
„ benignitas perfuderat naturæ uberius, q uam
„ fictis illis imbribus, in ſinum Danaes, ali-
„ quando deſtillantibus. Unde priusquam ab-
„ ſolveret unum anni curſum vidit ſol in Per-
„ ſici regni theatris, Athenienſem Heroem tot
„ Minervas emittere ex ore quot pr fe-
„ rebat voces cum Muſa Perſica, &c. Ex
quibus facile patet, quidnam nova ab a nti-
qua differt. Sed hæc forte teſtimonia h aud
quaquam illis placebunt, qui ad putidas ſuas
opiniones jam ſemel magna fiducia erud as,
ſtabiliendas ſemper aliquid refugii excogi tare
ſolent, ideoque operæ pretium fore exiſti no,
ſi etiam ex ſupra laudatis Græcis, qui t antum
de barbaria gentis ſuæ conquerunt ur, nonnulla
hic teſtimonia adducerem.

Meminiſti procul dubio B. L. hos ſu ora
dixiſſe, ſe in vulgari & ſimplici lingua ſc ripturos,
quo poſſent plebejis auxilium fer re, illosque
eruditiores reddere; Si igitur eor im ſcripta
in lingua communi inveniantur, a aut parum
aut nihil ab originali textu ſcripturæ ſacræ
differre, absque dubio docti ac er diti homines,
ſi pertinaciter ſuis opinionibus inhærere nollent
amplius, victas mihi facile præbebunt manus;
Nec dubito, quin tu quoque B. L. mecum poſt
victoriam reporta tam triumphum cantaveris.

Ex em-

Exempli igitur gratiâ feram nonnullâ ex supra laudato GABRIELE SEBERO Philadelphiæ Episcopo, qui à plebejis rogatus, ut illei in præfatione sua ingenuè fatetur, scripsit quinque libros de quinque differentiis Ecclesiarum, quibus eorum petitis satisfacere cum conaretur, quid de iis sentiat, patet. Lingua vulgaris seu Barbara (ut amant inepte loqui: Nam alias ex hoc fundamento & linguas jam usu receptas, barbaras vocari necessum est, cum nulla ferme sit, quæ non aut ab antiqua deflexisse videatur, aut non alterius linguæ vocibus sit inquinata,) qua utitur est sequens: Καὶ ἂν καλὰ καὶ τὸ πάλαι περίβλεπτον καὶ περίφημον γένος τὸ ἡμέτερον, ἦλθεν εἰς τοιαύτην, δυςυχίαν, οἷ ἂν οὐδέποτε ἤλπιζεν. Ὅτι ὄχι μόνον βασίλειον ἐστερήθη καὶ πᾶσαν ἄλλην εὐδαιμονίαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν σοφίαν, τὴν ὁποῖαν πρῶτον αὐτὸ ἐξεῦρε καὶ τοῖς πᾶσι μετέδωκεν. Εὑρίσκονται δ' ὅμως καὶ νῦν ἄνδρες (Χριςοῦ χάριτι φυλαντόμενοι) τῆς ἀληθείας ὑπερασπισταὶ, καὶ τοῦ ἡμετέρου γένους ὑπέρμαχοι, ἱκανοὶ νὰ ἀποκριθοῦσιν εἰς τὰ ὅσα ἐκεῖνοι μᾶς διαβάλλουσι, καὶ εἰς ὅσα αὐτοὶ ἐπιθυμοῦσι νὰ μάθουν. Καὶ παρ' ἐκείνων πρέπει νὰ ζητοῦσι τοιαύτην ἐγχείρησιν. Δὲν ἐδαυήθημεν ὅμως νὰ τοὺς καταπείσωμεν, ἀλλὰ μᾶλλον μᾶς ἐκατηνάγκα-

ζε

λον εἰς τοῦτο προσκαλοῦντες. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ Σολομὼν σκῆνος ὁ σοφὸς εἰς τὴν σοφίαν, καὶ Ἰωσὴφ εἰς τὴν γνῶσιν καὶ φρόνησιν, συμβουλεύει εἰς τὸ βιβλίον τῆς ἐκκλησίας, λέγων καιρὸς τοῦ σιγᾶν καὶ καιρὸς τοῦ λαλεῖν· μάλιστα δὲ ἐπειδὰν τὸ ψεῦδος πολλάκις κηρυττόμενον βλάπτει τοὺς ἀκάκους καὶ ἀπλουστέρους ἀνθρώπους, τῆς ἀληθείας μὴ τοῖς πᾶσι γινωσκομένης, καθὼς καὶ τὶς τῶν ἔξω σοφῶν λέγει ἐυλαβοῦ τὰς διαβολὰς καὶ ψευδεῖς οὔσιν. Καὶ ὁ Δαβὶδ ἐυλαβούμενος τὰς διαβολὰς τούτους, προσκαλεῖ τὸν Θεὸν λέγων. Κύριε ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ χειλέων ἀδίκων, καὶ ἀπὸ γλώσσης δολίας. καὶ ὁ μακάριος Παῦλος προβλέπων διὰ τοῦ προφητικοῦ αὐτοῦ χαρίσματος, καὶ τῆς τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου σοφίας, τὰ μέλλοντα καταλήψασθαι τὴν οἰκουμένην καὶ, ἔγραφε πρὸς Τιμόθεον λέγων. Ἔσται γὰρ καιρὸς ὅτε μὴ ἀνέξεται ὑγιαινούσης διδασκαλίας· ἀλλὰ κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν· καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσι, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται. Ἀλλὰ σὺ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον, ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. Ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς καιροῖς τούτοις ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις τούτοις ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις χρόνοις ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἡμέραις ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἔτεσιν ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις μήσιν ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὥραις ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις λεπτοῖς ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀστραπαῖς ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις βροντῶν ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀστέρων ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀνέμων ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὑδάτων ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις πυρὸς ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀέρος ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις γῆς ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις θαλάσσης ἐσμὲν, καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀβύσσου

τέρ ω εἴπομεν) ὅμως ἔχοντες καλὰς τὰς ἐλπίδας πρὸς τὸν δυνάμενον Θεὸν, τὸν εἰπόντα πορεύου καὶ ἐγὼ ἀνξοίξω τὸ στόμα σου, καὶ συμβιβάσω σε ἃ μέλλεις λαλῆσαι. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν, ἢ οὐ δυνήσοντε ἀντειπεῖν, οὐδ' ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν. Τούτοις καὶ ἡμεῖς θαρροῦντες τοῖς λόγοις, θέλομεν ἀποκριθῇ εἰς ἐκεῖνα ὅπου οἱ ψευδοδιδάσκαλει τὴν σήμερον ἀδίκως μᾶς κατηγοροῦσιν. i. e. „Et quamvis nostra „gens, quæ olim fama & gloria omnes a„lias gentes anteivit, in tantas devenerit mi„serias, quas nunquam sperabat; Nam, non „tantum regno, & omni felicitate privata „est, sed & ipsam sapientiam, quam prima „invenit, aliisque tradidit, amisit; inve„niuntur tamen & nunc, DEI clementia, „veritatis Fautores & gentis nostræ defenso„res, qui non solum sat superque calumniis „adversariorum respondere possunt, verum „& desideriis illorum satisfacere non inepti; „quare (& populares nostros) monuimus „ut abs talibus viris hujusmodi argumento„rum solutionem petant, nihil tamen hæc „excusatio apud illos valuit, magis magisque „instabant rogantes, ut hoc negotium in nos „susciperemus. Cum igitur & Solomon qui „sapientia atque prudentia decantatissimus „fuit, in Lib. Eccles. præceperit, dicens, tem-

pus

„pus loquendi & tempus tacendi. Præser-
„tim verò, quando mendacium prolatum
„nocet innocentibus & sortis simplicioris ho-
„minibus, cum veritas non omnibus ita pa-
„teat, uti etiam nonnemo Philosophorum,
„inquit: Metuendæ sunt calumniæ, quamvis
„falsæ sint. Has ipsas calumnias & David me-
„tuens, supplex Deum orat: Domine libe-
„ra animam meam à labris injustorum, &
„lingua dolosa. Haud minus autem & S. Pau-
„lus Spiritu Prophetico repletus, cum futuras
„in hoc mundo miserias prævideret, scribit ad
„Timotheum: erunt tempora, in quibus sa-
„nam doctrinam non exaudient homines, sed
„accumulabunt sibi secundum desideria sua
„Doctores (ὡς ἐν παρόδῳ, Græca Ecclesia ca-
„ret Doctoribus, ut omnes fatentur adversa-
„rii; ergo concludant docti, de quibus nam
„hæc prædixerit S. Paulus) quibus aures suas
„oblectare possunt, & auditum à veritate aver-
„tent, & ad fabulas se convertent. Cum igitur
„hujusmodi tempora jam jam ostium pulsent,
„(quæ utinam non contigissent, non enim le-
„viter Ecclesiam Christi concusserunt)
„æquum justumque est, ut & nos rejecto o-
„mni metu atque pavore, magnanimiter in
„hanc descendamus palæstram, Propheticum
„illud in memoriam revocantes: silui num
„semper sileam atque sufferam? & quanquam
„hoc opus supra vires nostras sit, ut & supra

monui-

„ monuimus, attamen cum totam ſpem in Deo
„ collocatam habeamus, qui ei, dixit & ego
„ aperiam os tuum, & proponam tibi quæ ſis
„ dicturus. Et alibi: ego enim dabo vobis os
„ & ſapientiam, cui adverſarii veſtri nec con-
„ tradicere, nec reſpodere poſſint, hiſce & nos
„ promiſſionibus freti, reſpondebimus omni-
„ bus illis, in quorum nos crimen Pſeudo-
„ Doctores vocare ſolent &c. Ex iſtis hujus au-
toris Græci, & in vulgari lingua ſcribentis, præ-
ſertim rudem populum juvandi gratia, facile
æquus Lector judicare poteſt, utrum tantum
nova ac moderna lingua ab antiqua deflexerit,
quantum Italica à Latina, an vero paucis mu-
tatis voculis puritas veteris ſtyli maneat. Hic
autor, qui in textum Scripturæ Sacræ Patrum-
que & Conciliorum ſententiis citandis cæteris
Græcis fuſior eſt, nusquam viſus eſt in vulga-
riorem linguam illas tranſtuliſſe, certo enim
certius ei conſtabat, paucis mutatis vocabulis,
eandem crambem bis coctam popularibus ſuis
propoſiturum, atque multiplicaturum entia
abſque neceſſitate, de quibus fuſius infra.

At ne videar unico huic in hærere ar-
gumento, more Sophiſtarum, qui invento ali-
quo medio termino, ita tenaciter in illo hærent,
volventes & revolventes, donec tota iis deſti-
nata defluat aqua, unde proverbium: *hic aqua*
hæret, ad alia haud exiliora me conferam.
MAXIMUS enim Peloponeſenſis ſupra jam à
nobis

nobis laudatus, Patriarchæ Alexandrini Protosyngellus fuit, librumque, quem etiam de quinque differentiis ecclesiarum scripsit, non ad Græcos, qui Europam & ipsam Græciam inhabitant, directe elaboravit, sed ad Græcos ἀποράδην dictos qui Halepo, Alexandriæ, Jerosolymis, & in Asia minori habitant, qui revera, ut etiam Crusius testatur, corruptiori utuntur lingua Græca, quare & hic Protosyngellus ad eorum mores sese accomodans, simpliciori quoque utitur lingua, quam cæteri qui ad Græcos directè scribunt, ut imposterum patebit; nec tamen ita stylus ejus à textu originali N. T. differt, atque Italicus à Latino, quod nonnulli imprudenter affirmare ausi sunt. Quod autem ita se hæc habeant, ex sequentibus ejus verbis clarius patebit. Et ne videar aliquid subdole finxisse, utpotè Græcus natus (nam hic liber inter Eruditos in Europa, albo corvo rarior est) referam saltem ex iis quæ jam cura Thomasii Cambro-Britani nuper hìc prodierunt tres libri *de Eucharistia*, ex communicatione nostra. pag. 385, *Dissert. variis argum.* quæ ita sonant: περὶ τῶν ἀζύμων μέρος πρῶτον. ἔχομεν καὶ περὶ τῶν Ἀζύμων διαφορὰν πολλὴν μὲ τὰς λατίνας διότι αὐτοὶ κάμνουν τὴν ἁγίαν ἱερουργίαν ὄχι μὲ ἀνεβατὸν ψωμὶ ἀλλὰ μελιψὸν καὶ ἐπάνω εἰς ἐτύτην τὴν διαφορὰν ἤτε ἐκεῖνοι ἤτε ἐμεῖς ἔχομεν καθάρια λόγια ἀπὸ τῆς γραφῆς, ἀπὸ νὰ λέγουν, ὁ

μὲ λειψὸν, ἤ με ἀνεβατὸν νὰ κάμωμεν τὴν λειτουργίαν. Quæ verba ita laudatus Thomas „ transtulit. De Azymis Pars prima. De esu „ Azymorum, in Eucharistia ingens est nobis „ cum Latinis disceptatio, quippe ille sanctis„ simum hoc celebrant mysterium, non cum „ fermentato pane, sed cum hostiis vel azymis; „ Equidem ex Scriptura Sacra verbis expressis „ super hâc controversiâ an fermentatus panis „ vel azymus; in hâc celebratione adhibendus, „ plane non patet, &c. & in secunda parte: Μέρος δεύτερον. Ἃς εἰπῶ κατ' ἀκολουθίαν τὴν πρέπουσαν, διὰ τὰ εἴδη τῆς ἁγίας μεταλήψεως τῶν ἀχράντων μυστηρίων, τὰ ὁποῖα εἶναι, ἄρτος καὶ οἶνος, μὲ τὰ ὁποῖα, καὶ εἰς τὰ ὁποῖα, ἐπαράδωκεν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὸ μυστήριον αὐτὸ τῆς κοινωνίας, λέγωντας εἰς μὲν τὸν ἄρτον λάβετε φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, Καὶ εἰς τὸν οἶνον, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. i. e. „ ut interpretis transla„ tio habet: Disseremus denique de speciebus „ sacræ participationis venerandorum Sacra„ mentorum, quæ sunt panis & vinum, cum „ quibus Dominus tradidit hoc communionis „ mysterium, de pane loquens: Accipite, „ comedite, hoc est Corpus meum; & de vi-

no:

ro: Bibite ex illo omnes, hic enim est sanguis meus Novi Testamenti, pro pluribus fusus, in remissionem peccatorum, &c. Disce jam ita præmissis, referam nunc & ex iis hujus Maximi Peloponnesensis Libris e eisdem controversiis paucula, ex quibus cile constabit, quod volumus, id est, nec ujus Autoris stylum, quamvis simpliciorem orum stylo, ita â N. T. originali deflectere, i Italicus à Latino. Sunt autem sequentia: ότι ὅλοι οἱ ἀπόστολοι, καθὼς ἐφάνη. Καὶ λει φανεῖ ἀκόμι τὴν αὐτὴν καὶ ἴσην ἐξουσίαν, τῆραν ἀπὸ τὸν Χριστὸν, ὡς ἂν καὶ τὸν Πέτρον. ὅλοι εἶχαν τὸ αὐτὸ ὄνομα νὰ λέγουντος ἀπόστολοι. Ὅλοι ἐξ ἴσου ἔλαβαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἂν καὶ τὸν Πέτρον, καὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν. Πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἔλαβαν ἐξουσίαν καὶ χάριν πνευματικὴν, κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥς τε αὐτὰ ἐκβάλλειν, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, καὶ νὰ πατοῦν ἀπάνω εἰς τοὺς ὄφεις καὶ τοὺς σκορπίους, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἐφύσησεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ἄντινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας ἀφίενται αὐτοῖς. Ἀντινων κρατῆτε, κεκράτηνται. Μετὰ τὴν ἀνάληψιν, ἔπεμψεν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον,

ἐν εἰδὲ πυρίνων γλωσσῶν. Ταῦτα ὅλα ἐξ ἴσου τὰ ἔλαβαν ὅλοι, καὶ ἐξ ἴσου τὰ εἶχαν τέσσαρα Πέτρος, τόσον οἱ ἄλλοι ὅλοι ἀπόστολοι, καὶ ὅλοι τὰ ἐμετάδιδαν εἰς τὸν κόσμον, μὲ μίαν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν εἰς τοὺς χειροτονημένους, βαπτίζομένους, καὶ εἰς τὰ ἄλλα μυστήρια ὅλα. pag. 42. **Cap. XV.** & alibi: Φαίνεται εἰς τὴν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην; ὅτι ἐκεῖ ὁπού ἦσαν κεκρυμμένοι οἱ μαθηταὶ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ κύριος μὴ τὴν ἀνάστασιν κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν αὐτοῖς εἰρήνη ὑμῖν. Ἰδοὺ ὁπού ἄρχησε νὰ δείξῃ τὸ ὑποσχεθέντα. Καὶ πρῶτον ὁπού τοὺς ἔδωκε, τοὺς εἶπεν εἰρήνη ὑμῖν. Τοιοῦτον ἐγὼ μεθ' ὑμῶν διότι αὐτὸς αὐτός τοῦ εἶναι ἡ εἰρήνη. Καὶ ὅτι πῶς αὐτὸς εἶναι ἡ εἰρήνη, ἀξιόπιστος εἶναι ὁ μακάριος Παῦλος νὰ τὸ βεβαιώσῃ μὲ ἐκεῖνα ὁπού λέγει πρὸς Ἐφεσίους. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη, ὁποίησας τὰ ἀμφότερα ἕν. Καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ. Τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ποιῶν εἰρήνην. Καὶ ἀποκατηλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους, ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ σταυροῦ. Ὅλην τὴν ὑφὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τὴν βλέπω, διὰ γὰρ

φανῇ

φάνῃ καθολικὰ ποία εἶναι ἡ εἰρήνη, μὴ πῶς ϛ ἐυρȣ̃μεν εἰς τ̃ λόγον αὐτὸν, αὐτὸ ὁπȣ̃ εἶπεν ὁ Χριςὸς τȣ̃ Πέτρȣ, σὺ εἶ Πέπρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, οἰκοδομησωμȣ τὴν ἐκκλησίαν, ἀποκτίνας τὴν ἔχθραν ἐν ἑαυτῷ. Καὶ ἐλθὼν ἐυηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν ϛ τοῖς ἐγγὺς, ὅτι δι' αὐτȣ̃ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν ἀμφότεροι ἐν ἑνὶ Πνέυματι πρὸς τὸν Πατέρα. Ἄρα ȣ̃ ϛκ ἔτι ἐςὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται τ̃ ἁγίων, ϛ οἰκεῖοι τȣ̃ Θεȣ̃, ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τ̃ ἀποςόλων ϛ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίȣ αὐτȣ̃, Ἰησȣ̃ χριςȣ̃, ἐν ᾧ πᾶσα ἡ οἰκοδομὴ συναρμολογȣμένοι, αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν κυριῷ ἐν ᾧ ϛ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε, εἰς κατοικητήριον τȣ̃ Θεȣ̃ ἐν Πνέυματι &c.

Hæc omnia in Latinum transtulissem, nisi palam omnibus constaret, esse verba non solum modernis Græcorum rusticis nota, verum etiam iis, qui mediocriter saltem N. T. Græcum explicari in Scholis Germanorum didicerunt; Quæ igitur argumenta eos induxerunt, ut hujusmodi de Græcis falsam opinionem conciperent? Nam Vir Celeberrimus Dn. Doctor Joh. Mich. Langius in Exercitatione Philologica quadam, de differentia linguæ Græcorum veteris & novæ; manuscriptum cujusdam Wittebergensis Doctoris ad manus habere fatetur, quod hujusmodi sententiam de moderna

lingua Græcorum affert: „ Noſtra ætate plane „ Græca lingua in barbariem prolapſa eſt, tam„ que longe diſtat ab antiqua, quam hodierna „ Italica à veteri Romana atque Latina. In„ numeras admiſit voces barbaras, Arabicas, „ Hungaricas, Hiſpanicas, Gallicas, Italicas, „ aliarumque gentium. Ideo hodie germa„ nam Græcam Linguam Græci illi, non minus „ ac nos, à Præceptoribus & è libris veterum debent addiſcere. Hactenus manuſcriptum Doctoris, ſine omni idoneo fundamento. Nam ex ſupra citatis locis Græcorum Scriptorum ἑπαυτοφώρῳ mendacia narrare deprehenſus eſt. Id vero mirari ſatis nequeo, quod tanquam rem compertam aſſerere auſit, Græcos modernos, eodem labore Græcam linguam addiſcere, quo cæteræ gentes in Europa! Quod ſi ita eſt: cur vero vel minimum ſaltem Græcorum imitari non poſſunt? Scribuntque tam ridulas epiſtolas Græcas, ut nemo ſit Græcorum, qui cachinnum in illorum lectione tenere poſſit. Exempli gratia adducam hic ex Celeberrimi M. Kœnigii ad Joh. Faſſoldum epiſtola, nonnulla, ex quibus facile patebit, quantum diſtent ærâ lipinis, quantumq; hi Græculi à Græcis differunt: ſonant vero ita τῷ ἀγαθαιοτάτῳ, καὶ λογιωτάτῳ κυρίῳ ἰωάννῃ τῷ φασόλδῳ περὶ τὰ φιλοσοφικὰ, καὶ θεολογικὰ ἀγαθάζοντι, τῷ φίλῳ μου ἐντιμωτάτῳ ἐν τῇ καρδίᾳ μου. Quam

elegan-

eleganter ſonant, τῷ φίλῳ μᾶ ἐντιμωτάτῳ, & ἐν τῇ κρατοκώμῃ! Initium etiam epiſtolæ non minori elegantia ſcilicet eſt adornatum. Ita enim inquit: κύριε, τὰ γράμματα σᾶ ἑλληνικὰ καλῶς, καὶ ἀκριβῶς γεγραμμένα, ἀφροδίτης τε καὶ χαρίτων ἀποπνέοντα, ὑπερβάλλοντως με ἕτερον &c. Alii vero ad Medicinæ cultorem ſcribentes Græce, hujusmodi titulis utuntur: ἔνδοξε κύριε Γαλῆνε & alia multo magis ridicula, & tamen Græcos barbaros vocare non erubeſcunt. At mihi viſi ſunt hujusmodi homines id facere, quod Æſopi vermis ad vulpem: Aliorum nempe Medici volunt eſſe, cum ipſimet ſint ulceribus pleni, plura addidiſſem, niſi jam in Actis Erudit. Lipſienſ. ab an. IX. in fallor, ad præſentem usque hujus Seculi annum, multa ſpecimina exſtarent adverſus hujusmodi Græcæ linguæ jactatores. Quare & excellentiſſimus Dn. D. Langius, parum hujus verbis fidei tribuens, alium modeſtiorem adducit teſtem; is eſt Edoardus Brerewodus, qui ita de moderna Græcorum „ lingua loquitur. Vetus, inquit, lingua Græ„ ca multum â ſua puritate, barbarie fœdata, „ deflexit, etſi non ſine reliquiis veteris ele„ gantiæ. Non tamen ita ſe abiviſſe videtur, „ ut Italica â Latina, quod & Bellonius obſer„ vavit, & per collationem epiſtolarum mo-

(μ) Scrut. Ling. cap. 11. p. 14.

„ dernæ Linguæ, quæ in Cruſii Turco-Græcia „ extant, cum vetere, haberi poteſt &c.

Habet etiam nonnulla alia hic autor de pronunciatione Veterum & modernorum Græcorum, quæ nos jamdudum in Præfatione Gramatices noſtræ, Noribergæ an. MDCCXII. editæ liquido exploſimus. Contradictio vero quam committit ſilentio non prætereunda eſt, pag. enim 17. in Scrut. Ling. tantum à veteri deflexiſſe, ait, novam, quantum Italica à veteri Romanâ; id quod ſupra palam negabat, & addit porrò modernos Græcos Liturgiam Chryſoſtomi, aliorumque Patrum non intelligere, quod ſummum eſt mendacium, quodque ſupra ex Sandi, Ricauto, & de la Croix teſtibus oculatis, clariſſime demonſtravimus, & infra fortaſſis clariùs. Nam & Maximus Peloponenſis in Libro de Euchariſtia, quem jam ſupra in teſtimonium adduximus, integras orationes ex Lyturgiis citat. Nusquam tamen illas in vulgariorem linguam tranſtuliſſe viſus eſt, indicio evidentiſſimo, quod idiotis, ad quos hæc ſcribebat, non ſint ignotæ, niſi quod in non nullis Scripturæ Sacræ Senſu profundioribus locis metaphraſi quadam utitur, qualis autem illa Metaphraſis ſit, & quantum à Veteri ſtylo deflectat, facile patebit, ſi quis Diſſertationes illas ab Anglo jam editas perlegerit; nunquam verò verbali translatione uſus eſt quali N. T. aliquoties inconſulto prodiit.

Cæte-

Cæterum & tertium habemus Doctissimum Sebastum, qui directe ad Græcos, Græciamque inhabitantes scribens, hujusmodi utitur in præf. Phrasi: θεὸς ἡγείσθω παντὸς καὶ λόγου καὶ πράξεως ἐπειδὴ καὶ τάξις ἀρίστη κατὰ τὴν θεολόγον ἐκείνην φωνὴν ἐκ θεοῦ τε ἄρχεσθαι, καὶ εἰς θεὸν ἀναπαύεσθαι. ἐπειδὴ τοίνυν ἡ ἀλήθεια εἶναι αὐτὸς ὁ χριστὸς καὶ θεὸς τῶν ἁπάντων, καθὼς τὸ ὁρίζει, καὶ μοναχὸς τοῦ ἐν εὐαγγελίοις, ἂς ἀρχήσωμεν καὶ ἡμεῖς τὸν λόγον μας ἀπ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, οὕτω λέγοντες: Ὅτι ἡ ἀλήθεια εἶναι τὸ τεμιώτερον, καὶ ὠφελιμώτερον, καὶ ἀναγκαιότερον, καὶ θειότερον, ἀπὸ ὅλα τοῦ κόσμου τὰ πράγματα. Καὶ ἡ ἀλήθεια πάλιν εἶναι τὸ πλέον δυσεύρετον, καὶ δυσκολογνώριστον, καὶ δυσδιάκριτον ἀπὸ ὅλα τὰ πράγματα. &c. & alibi: Διότι φαίνεται πῶς γροικᾷ αἰῶνας ἐδὼ, τὰς χιλιάδας τῶν χρόνων, ἐπειδὴ καὶ λέγει ἀνταλλασόμενος τὸν κύκλον τὸν ἑπτὰ ἐτῶν τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς, τοὺς ἑπτὰ ἀντεισήγαγεν αἰώνας ὡσὰν ὁποῦ εἰς τοὺς ἐδικούς μας καιροὺς, κατὰ τὴν ἀληθινὴν χρονολογίαν, ἐπέρασαν οἱ ἑπτὰ χιλιάδες τῶν χρόνων, καὶ ἔχομεν καὶ διακοσίους χρόνους ἀπὸ ὀγδόλην χιλιάδα. Ἀμὴ ἡ παροῦσα ζωὴ ἑβδοματικὸς αἰὼν λέγεται, οὐ διὰ τὰς ἑπτὰ χιλιάδας τῶν χρόνων, ἀλλὰ διὰ τὴν ἑπταήμε-

ρον κυκλοφορίαν. Ἐπειδὴ οὐχ ἡμῶν ἐστὶ γνώναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ κατὰ τὴν Κυριακὴν ἐκείνην φωνήν. Λέγοντε δὲ οἱ ἑπτὰ αἰῶνες κατὰ τινας τῶν πατέρων. Διὰ τινα καινὰ γινόμενα. Ἐν γὰρ τῇ ἀρχῇ τοῦ πρώτου, ἐγένετο ἡ τοῦ κόσμου, εἰς τὸ εἶναι παραγωγή. Ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ δευτέρου, ἡ τοῦ κόσμου διὰ τοῦ κατακλυσμοῦ καθάρσις. Ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ γ' κατέστη κατὰ τοῦ προγονικοῦ ἁμαρτήματος ἡ περιτομή. Ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ δ', ἡ τῶν βασιλέων, εὕρεσις. Ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ πέμπτου, ἡ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς βαβυλώνα μετοίκησις. Ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἕκτου, ἡ τοῦ Θεοῦ σάρκωσις. Ἐν τῇ ἀρχῇ, τοῦ ἑβδόμου, ἡ τῶν οὐρανίων θυρῶν ἄνοιξις. Ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ὀγδόου ἔσται ἡ τῶν σωμάτων ἔγερσις, καὶ τῶν πονηρῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνταπόδοσις. Ταῦτα Αὐγουστῖνος; καὶ ὁ διδάσκαλος τῶν ἱστοριῶν. Καὶ ἑξῆς συνεχῶς περὶ τῶν αὐτῶν, ὁ αἰὼν ἦν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τοῦ Νώε. Ἀπὸ τοῦ Νώε ἄχρι τοῦ Ἀβραάμ. ἄχρι τοῦ Δαβίδ. ἄχρι τῆς εἰς βαβυλώνα μετοικεσίας. ἄχρι τοῦ Χριστοῦ. ἄχρι τοῦ τέλους τοῦ κόσμου. οὗτοι εἰσι τῶν ζώντων. ἐστὶ τῶν ἀναπαυομένων. ὃς ἄρχετε ἀπὸ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ. Καὶ καταλήξει ἕως τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως. ἔσται τῶν ἀνισταμένων. ὃς ἄρξεται ἐκ τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως, καὶ διαμέ-

νει

νει εἰς τὸ διηνεκές. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν αἰώνων. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας ἤγουν τῆς συντελείας οὐδεὶς οἶδεν. Λέγουσι δὲ τινες, τότε νὰ γίνεται ἡ συντέλεια, ὅτε πληρωθῇ ὁ ἀριθμὸς τῶν σωζομένων. ἀκόμι καὶ διὰ τὸν καιρὸν τῶν δύο μηνῶν, ὁποῦ λέγει πῶς νὰ ἔκαμαν οἱ πρωτόπλαστοι ἀπὸ τὴν πονηρὰν συμβουλὴν, μέχρι τῆς παραβάσεως, μήτε ἡ ἁγία γραφὴ τὸ λέγει πουθενά. Μήτε ὁ λογαριασμὸς ὁποῦ λέγει ἔχει κἀνμίαν δύναμιν. &c. Ubi jam sunt illi, qui graviter Græcam Ecclesiam ac si extremo judicio terminos posuerit accusare solent; pudeat ineptiarum illos, qui ex unius Monachi sententia de extremo die judicii totam Ecclesiam calumniari non erubescunt; Nescio enim, si ex unius alteriusve privati Doctoris sententia ad universam Ecclesiam concludere liceret, an aliqua Ecclesia à calumniis immunis foret. Sed é diverticulo ad viam. Nam præsens author in omni pagina immutabilem habet stylum: id est paucis mutatis convenientissimum N.T. in originali textu, quod patet ex sequentibus: Καὶ ἀκολούθως αἴτιος γίγνεται καὶ τῶν κύκλων καὶ θεμελίων τῆς Σελήνης. ἀλλὰ κατὰ μόνην τὴν κίνησιν τοῦ παντὸς. ὁποῦ εἰς κδ' ὥρας περιέρχεται ὅλον τὸν κύκλον τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ποιεῖ τὰς ἡμέρας, καὶ νύκτας κατὰ τὴν ἀκολουθίαν καὶ

τάξιν

πάξιν τ ἡμέρων, τὲ πρωτογόνε ἐκείνε Φωτὸς, ὁπὲ ἦτον ἀρχὴ πρώτη γεννητὴ Ϛ ποιητικὴ τ πρώτων ἐκείνων ἡμέρων Ϛ νυκτῶν. ἀμὴ κ τλὼ ἐδικλὼ τὲ λοξλὼ κίνησιν ὁπὲ ἄρχησεν ἀπὸ τλὼ ἀρχλὼ τῆς δ ἡμέρας ἐκείνης, ἕνα κ μόνον νυχθήμερον ἤχελεν κάμη τὸν ὅλον χρόνον, μὲ τλὼ μίαν κ χρονικλὼ τὲ κυκλοφορίαν. Et rursus: Διὰ τῦτο καὶ ὁ εὐαγγελισμὸς κ τλὼ κὲ ἐγένετο τὲ Μαρτίε μηνὸς, ὄχι Δίατι τότε ἄρχησεν ὁ Θεὸς νὰ κτίση τὸν κόσμον καθῶς νομίζεσιν, οἱ προειρημένοι διδάσκαλοι, ὁ χρονογράφος Ματθαῖος, κ Νικηφόρος ὁξανθοπελος, κ εὐσέβιος ὁ παμφίλε. Μήτε Δίατι τότε ἀπ' ἀρχῆς τὸν Ἀδὰμ ἔπλασεν ὁ Θεὸς. ὡς ὁμέγας εἰρηκεν Ἀθανάσιος. ὅιμαι κατάτινα πόλησιν ἀγύμναστον τε κ ἀβασάνιστον. ὡς καθῶς κ ὁ μέγας Ἰωάννης ὁ χρυσόστομος ὁρίζει εἰς τὸ κ Ματθαῖον ἅγιον εὐαγγελίον ἐν κεφ. ιή. Ἑδαφίω ζ ὁμιλία νϑ'. Περὶ τῆς ἐν τῷ παραδείσω Δίατριβῆς τὲ Ἀδάμ. Εἰ γὰρ ὀλίγον χρόνον λέγει, τάχα ἦ ὥδε ἡμέραν ὅλην ἐν τῷ παραδείσω ζήσας, Ϛ τρυφῆς ἀπολαύσας εἰς τοσῦτον ἥλασε κακίας, κ τὰ ἑξῆς. ὁπὲ ἡμεῖς ἀποδείξαμεν ἀνωτέρω πῶς ἔκαμεν εἰς τ παράδεισον ὁ Ἀδὰμ χρόνον ἕνα σωστὸν κ ὁ ἅγιος ὁρίζει, τάχα ὥ ἦ ἡμέραν ὅλην ἐν τῷ παραδείσω ζήσας, Ϛ δὲν εἶναι θαυμαστὸν, ἂν Ϛ τοιῦτοι μεγάλοι διδάσκαλοι, ὅσον Ϛ ἄν ἔναι μεγάλοι, νὰ μὴν ἐυ-

ρίσκωνται εἰς ὅσα εἶπαν καὶ ἔγραψαν ἄσφαλτοι καὶ ἀλ᾽ ἀθαστοι διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν. καὶ μάλιστα εἰς ὅσα κατὰ προληψὶν τινα καὶ κατὰ παραδρομὴν ἔγραψαν, καὶ ὄχι μὲ πολλὴν ἐρεύναν καὶ ἐξέτασιν. διὰ τοῦτο τὰ μὲν τῆς ἁγίας γραφῆς ὡς θεοπαράδοτα δόγματα καὶ διδάγματα. Ὁμοίως καὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενοικῶν Συνόδων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἁγίων αὐτῶν διδάσκαλων συγγράμματα ὁπόσα μὲ ἀκρίβειαν καὶ δοκιμὴν, καὶ θειογραφικὴν ἀπόδειξιν ἔγραψαν, ἡ ἁγία μας ἐκκλησία ὡς ἀληθείας ῥήματα καὶ δόγματα, καὶ διδάγματα τὰ στέργει καὶ ἀποδέχεται. Ὅσα δὲ ἀλλὰ τινὰ παρὰ ταῦτα ἢ εἶπαν, ἢ ἔγραψαν, ἢ κατὰ παρέργον, ἢ κατὰ πρόληψίν τινα ἀβασάνιστον, τὰ δοκιμάζει, καὶ τὰ βασανίζει, καὶ ὅσα μὲν εὕρη ἀληθῆ, τὰ δέχεται ὡς εὐσεβῆ ὀρθόδοξα. Ὅσα δὲ πάλιν τὰ εὑρηλανθασμένα ὡς εἴπομεν, τὰ διορθώνει μὲ τὴν κρίσιν τῆς ἀληθείας. &c. Quæ Latinè „ ita sonant : Et consequenter circu„ lorum & baseos Lunaris causa est, at„ tamen secundum ejus universalem motum „ quo nempe inter XXIV. horarum spatium „ totum cœlum percurrit, facitque diem & no„ ctem, secundum ordinem & modum primi„ tivæ istius lucis, quod principium producti„ vum primarum istarum dierum & noctium „ fuit. Sed secundum proprium atque obli„ quum motum, quo â quarti istius die incepe„ rat principio fecissetque per totum annum „ unum solummodo diem & noctem, ut postu-

„lat Solis annua Cyclophoria &c. Et paulo „inferius: Ea propter & annunciatio XXV. „Martii facta est, non ideo, quia tunc Deus in„cepit mundum creare, uti jam jam supra citati „Doctores sentiunt; id est, Chronographus „Matthæus; & Nicephorus Xanthopolus, at„que Eusebius Pamphili. Neque ideo, quo„niam tunc Deus creavit Adamum, ut vult „magnus Athanasius: Existimo forte præsum„tione quadam factum, non recte examinata „ratione, ut etiam magnus Joh. Chrysostomus „vult, in S. Matthæi Evangelio cap. XVIII. „vers. 7. homilia LIX. de Adami in Paradyso „duratione: *si enim*, inquit, *exiguo temporis „spatio, forte verò neque diem commoratus in Pa„radyso, ejusque delicias degustaverat, in tantum „pervenit gravitatis &c.* Cum nos supra o„stenderimus Adamum in Paradyso per inte„grum annum versatum fuisse. Neque mirum „est, tam magnos Ecclesiæ Doctores in omni„bus suis scriptis etiam aliquando à vero trami„te propter humanam imbecillitatem, decli„nasse; & præsertim in iis, quæ haud rectè „ponderata ratione scripsere, ea propter quæ„cunque in sacris scriptis extant, tanquam à „Deo tradita dogmata, atque documenta, simi„liter etiam conciliorum universalium atque „Doctorum scripta, quæ cum ἀκριβείᾳ & exa„mine scripturarum sacrarum scripserunt, san„cta nostra Ecclesia tanquam veritatis verba,

dogma-

„ dogmata atque documenta amat, illaque ſuſci-
„ pere ſolet; quæcumque autem extra hæc, vel
„ obiter, vel præſumtivè, vel absque examine
„ ſcripturarum ſcripſerunt, illa examinat, & illa
„ quidem, quæ veritati conſentanea invenerit,
„ tanquam vera atque orthodoxa dogmata ſuſ-
„ cipit, quæcunque autem à veritate deflectere
„ obſervaverit, ut jam jam diximus, illa corri-
„ git, cum judicio veritatis. Sed &c.

Ex quibus non ſolùm dementia nonnullo-
rum patet, qui impudentes affirmare auſi ſunt,
Græcos ita conciliis atque Patrum traditio-
nibus eſſe addictos, ut ſcripturas ſacras plane
negligant, floccique perdant. Neſcio ſane
quo cæcæ ambitionis commoti ſint zelo. Ve-
rum etiam hæc lingua, quâ rudem populum al-
loquitur, ſi non elegantior atque difficilior,
pari tamen paſſu cum originali, paucis muta-
tis N. T. ambulare poteſt. Vel quia fortè præ-
poſitionem ἀπὸ malè conſtruit cum Accuſati-
vo: ſed hoc Græcæ linguæ ignari dicunt; pla-
nè enim ignorant hanc eſſe Atticam conſtru-
ctionem, ut nos in Grammatica noſtra pag.
438. oſtendimus. Nam & Atticiſſimè Luciani
Scholiaſta ἀπὸ τὸν πάγετον inquit, ἀντὶ ἀπὸ
τῦ παγέτε, ἀττικὴ γὰρ ἡ συνήθεια, τῦτο,
ἀντὶ τῆς γενικῆς εἰς ἐυθείαν περιλαμβάνειν.
&c. quid igitur huic linguæ deeſt, cur barbara
à Doctis nuncupatur? Forte quia peregrina
nonnunquam vocabula in ſe continet? Aſt ca-

veſis

veſis, ne in tantum dementiæ devenias, ut etiam antiquam Græcam linguam propter hoc barbaram appelles. Si enim Xenophontem aliosque Philoſophos legeris, haud exiguam quantitatem Perſicorum, Phœniciorum, aliorumque peregrinorum vocabulorum invenies: Imo vero ex hoc unico putido fundamento, non ſolùm Latinam Linguam barbaram vocabis, quæ plena eſt vocabulis Græcorum, ſed etiam Italicam, Gallicam, Hiſpanicam, Hollandicam, Anglicam, Danicam, Suecicam, Germanicam, & aliarum gentium linguas, quæ non minus alienis vocabulis gaudent, quam moderna Græcorum. Fortaſſis quia nonnullas voces veteris Linguæ contrahit, ut eſt: λὲς pro λέγεις. ὑπᾶς pro ὑπάγεις. λέγεν pro λέγουσιν, &c. Alia vero protrahit, atque mutat, ut ſunt: ἔιναι pro ἐστὶν. ἀκαρτερῶ pro καρτερῶ, &c. Aſt hoc vitio neque antiqua lingua caruit; habet enim λῆς pro θέλεις, λὶς. pro λέων. τῆνα. pro ἐκεῖνος. κρῆς pro κρέας. ἔμεναι pro ἔιναι. ἀσαχὸ pro σαχός, ἀσάχυς, pro σάχυας, ἄψ pro ὄπιθεν vel ὀπίσω, ἰχθῦς pro ἰχθῦας; Et infinita hujusmodi alia. Quare & hanc barbaram in cerebello tuo eſſe fingas, ex principiis jam ab te præmiſſis. Transgreditur enim terminos ſuos, vel quomodo flecteres τὸ, λὶς, τὸ, λῆς & alia hujus farinæ quam plurima? equidem non dubito, quod ſi moderna Græcorum lingua

lingua eadem antiquorum Græcorum fuiſſet, antiqua vero illa lingua modernorum inventum, quin iisdem cenſuris à Doctis hiſce ἀνθρωπαρίοις affecta fuiſſet, quas moderna Græcorum lingua patitur. Ita paſſim Docti inconſulto φιλαυτίας impetu pedem offendimus. Sed ex hujusmodi minutiis ad alia majora nos conferamus, ad oculosque Doctorum exponamus modernorum Græcorum linguam non multum à textu N. T. deflexiſſe.

CAPUT VII.

In quo demonſtratur Græcam linguam modernam aut parum, aut nihil ab originali linguâ N. T. deflectere, & de Scripturarum lectione nonnihil agitur.

CErtum rotundumque omnibus eſt, ſingulas gentes alio ſtylo uti in ſuis ſcriptis, quam cum loquuntur, plebemque nunquam poſſe Doctos ac eruditos, non ſolum in loquendo verum etiam ſcribendo imitari. Aliter enim Doctus Anglus loquitur ac ſcribit, & aliter ruſticus ejusdem gentis. Idem de Germanis dicendum eſt: imo tantum abeſt, ut ſcripta Doctorum capiant omnes plebeji, ut multas potius conciones, agerrimè intelligere poſſint. Vel quis Italorum ruſticorum Toſcanum exactè intelligere aut imitari poteſt? Quis denique

Parisiensem Gallus Rusticus, ut imprælentiarum taceam alias gentes. An igitur quia Germani Rustici, multas Phrases ac Periodos in N. T. non intelligunt, ideò alia versio illis instituenda foret? (Quod si ita? Ergo provideant suis prius rusticis, deinceps Græcorum.) Namque e. g. pro Ja ich habe eins ponunt ha i ho aus/ vel pro. Und da die Engel von ihnen gen Himmel fuhren/ sprachen die Hirten untereinander: Lasset uns nun gehen gen Bethlehem/ und die Geschichte sehen/ die uns der HErr kund gethan hat/ transferant ad usum rusticorum ita: Un dao die Angel von ihnn ghen Himmel gfuhren/ sogen die Herten untananda: Laosset us nu geihn ghen Bathlehem/ un die Gschicht sahn/ die dao gschaha is/ die us da Harr und thaun haot ꝛc. Luc. cap. 2. v. 15. Vel quod maximum & quasi invincibile argumentū est, Brunswigæ, Guelpherbyti, Luneburgi & in aliis ejus regionis civitatibus, planè diversissima est pronunciatio, imo vero & significatio vocabulorum quorundam ab aliis Germaniæ dialectis. Quamvis autem diversissima utantur pronunciatione & dialecto, imo vero vulgariores homines nunquam hominem puriori illo sermone, quem vocant Hochteutsch loquentem imitari possent, neque tamen Novum Testamentum in linguam ipsorum à Johan. Bugenhagen vulgo Pommerano dicto translatum, sed planè abolitum jam, legi videre mihi contigit, neq; conciones alia lingua, quam modo citata para Germanica habitas audivi.

divi. Imo vero in diversorio quo utebar Guelferbyti, observavi die Dominicâ quadam vesperi, matrem familiâs cum filiâ suâ annorum circiter XVIII. N. T. editionem ni fallor Wittembergensem in folio cum annotationibus M. Lutheri, legentem non aliter quam in Saxonia superiori alios audivi, cum loquerentur tamen, pronunciabant pessimè. Accedens propius interrogabam unum alterumve vocabulum, cujus esset generis aut casus, quale hoc vel illud verbum sit, an nomen aut Pronomen, vel aliquid aliud? sed ita hæsitantes manebant, ut solent Græcorum Idiotæ, qui nunquam Grammaticam didicerunt. Interrogabam igitur ulterius, utrum ubicunque legerent, capiant sensum scripturarum; responderunt, nonnunquam non ita bene; Atque ideo, inquit mater, hanc paraphrasin legimus, ut sensum aliqualiter & quantum à nobis postulatur, percipere possimus, cum tamen Paraphrasis illa non alio, si nec difficiliori idiomate scripta fuerit, quam ipsum N. T. Idem sanè de plebe Græcorum dicendum venit. Legunt scripturas sacras, & qui legere nesciunt, ut ubique inter rusticos accidit, tamen legentes intelligunt; quamvis secundum Grammaticam, usque dum illam didicerint, nihil resolvere aut respondere possint. Neque minùs corruptè tum in accentu, tum in pronunciatione loquuntur, quam quisque Germanorum rusticorum, ubi tanta datur, per

tot libros, totque Doctores, meliora discendi occasio. Quæ igitur fuit necessitas in nova Lingua N. T. imprimendi? Sanè illud, quod in Plat-Teutsch dicta lingua extat, magis curiosum quid est, quam utile. Idem dicendum est, si in Francorum Rusticorum N. T. translatum fuisset linguam. Sed haud veriti sunt viri gravissimi affirmare, Græcos prohibere secularibus lectionem scripturarum; aut visi sunt mihi hujusmodi homines toto aberrare cœlo. Nam unde hanc suam opinionem probent, nec habent nec unquam habere possunt; nos autem, & si supra evidentissimis argumentis contrarium demonstravimus, tamen & hic paucis quidem, sed solidissimè rem clariorem reddere possumus. Namque si Lectio Scripturarum Sacrarum prohibita inter Græcos Laicos esset, cur tantam curam Europæorum nonnulli N. T. in vulgari lingua imprimendo, Græcisque obtrudendo adhibuêre? Procul dubio præsupponebant Lectionem iis concessam esse; alioquin stultum esset in vanum sumtus facere. Sed hoc parum evincit, possunt enim objicere Adversarii turpe illud: non putaveramus; At Patriarcha Græcorum, Cyrillus Lucaris id sane non ignoravit, ut non solum ex præfatione ejus in N. T. & altera Calliopolitæ clarissimè constat; verum etiam ex *Jeremiæ* Græci Sacerdotis Epistola ad Celeberrimum *Joh. Olearium* An. MDCLXVI. data, cujus excerptum extat in Dissert. Dn. D. *Joh. Mich. Langii*

Langii de Verſione N. T. facile cuique patet apud Græcos nulli Sacrarum Scripturarum lectionem eſſe prohibitam. Verba enim Sacerdotis iſtius ita latinè ſonant; Interrogas, inquit, utrum apud nos vendatur N. T. in linguam „ vulgarem translatum? Scito, quod apud „ nos N. T. legatur qua conſcriptum eſt lin„ gua, & licet quidam illud barbarè interpre„ tati ſint, videtur tamen metaphraſis inutilis, „ utpote quam nemo emerit. Quid quæſo hoc teſtimonio clarius eſſe poteſt? Legitur enim, inquit, qua conſcriptum eſt Lingua. Neſcio igitur unde malevoli contrarium ſibi ipſis perſuaſerint. Neque ſcripta enim hæc prohibitio ullibi à Græcis exſtat, nec eſt quisquam inter Græcos, qui id unquam affirmaverit, niſi forte Italo-Græcus malevolus quispiam. Sed hujus farinæ homines proprii emolumenti cauſa, quid mendacii non fingere ſolent? Denique ſi non permiſſa fuiſſet ſcripturarum lectio inter Græcos, cur Græcorum Juvenes in Scholis illas tractant? An hoc apud Romanos contigit? Imo nos ſupra luculenter oſtendimus, non modo Juvenes Græcorum ſcripturas legere, verum etiam difficiliores earum partes tractare, ut ſunt Acta Apoſtolorum, eorumque Epiſtolæ; Pſalmos, Prophetas &c. idque forte ideo fit, ut accuratè maturitatem ingenii facile etiam alias partes S.S. intelligant. Vel forte juvenibus Græcorum ſi-

cet Scripturas legere, senioribus non item? vel fortassis peractis studiis Clerici illorum libros sacros è manibus ipsis eripiunt? ut ego quoque Adversariorum gratia fingam. Sed certo certius mihi constat, nisi Græci Seculares Sacras scripturas legerent atque intelligerent, omnes ferme ad Turcica castra desecissent. Præter enim scripturas sacras, nullum Catechismum habent, qui de certitudine religionis Christianæ illos informare possit. Sed heus! tu Græcule! adversus Solem ne loquitor. Quo enim loco reponis orthodoxam Homologiam, Coressii sive protosyngelli Chiensis Catechismum, & Bellarmini, quem supra Venetiis excusum ajebas? Sed bona quæso verba! & meliora dabo! Orthodoxa enim homologia (Nam semel tantum ante LX. annos impressa est) in Græcia jam albo corvo fermè rarior facta est. Cæteri Catechismi suspecti sunt, ut & Thomas Smithius in opellis suis lynceis observavit oculis. Græci ex ipsis fontibus dulcius bibunt aquas. Orthodoxa Homologia pro Adversariis facta est, non pro populo Græcorum. Dogmata enim Ecclesiæ suæ aliis gentibus per illam conati sunt ostendere. Græcum enim si interroges, quid faciendum sit, ut placeat Deo; respondit ex iis, quæ in infantia sua è scripturis Scholas frequentando, memoriæ mandavit. Nempe ἀγαπήσεις κύριον τὸν θεόν &c. & μὴ κλέψῃς μὴ μοιχεύσῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς &c. vel illud

lud S. Pauli 1. ad Corinth. VI. ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἄδικοι βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι; μὴ πλανᾶθε, οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι &c. quæ tum vulgari tum originali lingua idem sonant, uno alterove mutato vocabulo. Si porro interrogaveris Græcum Rusticum, quidnam crederet? respondet brevissime quidem, sed ponderosissime ut ita dicam, ita: πιστεύω καὶ ὁμολογῶ πατέρα, ἠὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τριάδα ὁμοούσιον καὶ ἀχώριστον. Quæ est confessio Græcorum quotidiana. Si interrogaveris, sed quomodo Christus est diligendus? respondebit: ὁ φιλῶν πατέρα, ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμοῦ, οὐκ ἐστί μου ἄξιος. Si dicas: quid faciendum in afflictionibus, ne impatientia quadam animi, Christum offendere videamur, respondebit: ὑπομονὴ τῶν πενήτων οὐκ ἀπολεῖται εἰς τέλος. & illud actorum, ἄνευ θλίψεως, καὶ ταλαιπωρίας οὐδεὶς δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Hæc & alia plura adagiorum instar scripturæ sacræ loca, apud Græcos habentur.

Quibus igitur fundamentis nituntur Adversarii, qui lectionem scripturarum Græcis secula-

Refatorus hoc pedente pag. 31. b.

ſecularibus prohibitam eſſe impudenter affirmare auſi ſunt? Dicam ex meta ambitione, & odio erga Fratres Chriſtianos. Imo niſi hujusmodi mendacia de Græca Eccleſia fingerent, neſcio quid novi ejus cauſa dicendum haberent. Antiqua vili habentur pretio, quæ vera ſunt ignorantur. Fingunt igitur γραώδεις fabellas, ut mundum, qui maxime hiſce oblectatur atque decipitur, decipiant, indeque & honores, & ea, quæ honores ſequuntur, nempe lucra facere queant. Præterea etiam illud vel maxime ſtringit argumentum, quod quotidie clara diſtincta ac intelligibili voce ſcripturarum in ſacris officiis, non aliter ac inter Evangelicos, ut vocantur, recitatur lectio, ad utilitatem etiam eorum, qui vel ob hebetudinem oculorum, vel ob ignorantiam legendi, ut inter Ruſticos, legere non poſſunt: ut imprætiarum taceam κυριακοδρόμιον, in quo omnia Evangelia atque Epiſtolæ Dominicæ ad meliorem notitiam ſcripturarum explicantur, Venetiisque impreſſa ubique in Græcia proſtant. Sed hiſce teſtimoniis tum domeſticis, tam ratiocinatione comprobatis, ſat evictum arbitror, inter Græcos Sacrarum Scripturarum lectionem ſecularibus nec unquam prohibitam fuiſſe, nec prohiberi poſſe, niſi ſumme inter ipſos excitarentur diſſidia atque Hæreſes; quare jam quæſtio eſt: utrum intelligantur Scripturæ Sacræ inter plebejos dum leguntur? Nam & Latini

tini Italis Biblia Latinè clara atque distincta voce legunt, quæ tamen non nisi à Literatis intelliguntur: quam quidem quæstionem, etsi frivola est, & supra jam frustra eam jactari ostendi, longe tamen stolidiorem esse ex sequentibus clarius constabit: Ac primum quidem non tantum Græcam modernam ab originali textu Sacro linguam differre, quantum Italicam à Latina, suo loco clarissime demonstratum est. Cæterum verò si plebs Græcorum supra jam citatos Scriptores Græcos percipit cum legit, necessum est, ut etiam Scripturas sacras intelligant, in tantum saltem, in quantum exempli gratia, Germanorum plebs Scripturas Sacras in pura ac erudita lingua, Hochteutsch/ dicta. Hoc autem, ut eo clarius pateat, supra citata, è Græcis scriptoribus, loca, examini hic subjicere cogimur. Si enim Scriptores illi, qui ad Plebem atque rudem populum scripsêre, ut ex eorum scriptis ostendimus, aut nihil, aut parum admodum ab originali stylo N. T. deflexerunt, palam omnibus constabit, translationem N. T. in linguam vulgariorem planè superfluam esse. Occurrebat igitur in Gabrielis textu vox & constructio priscis ac veteri stylo haud sat congrua hæcce: καὶ ἂν καλὰ καὶ τὰ πάλαι περίβλεπτον &c. quod si ita potuisset. εἰ καὶ τὸ πάλαι, vel, κἂν καὶ τὸ πάλαι περίβλεπτον &c. num non & veterrimum servasset scribendi modum, & omnibus mo-

dernis Græcis perſpicuus foret? Nam τὸ, καλὰ hic nonniſi pleonaſmus eſt, ut etiam ἢ ante ἀν, atque propter cacophoniam duorum κκ. præpoſuit ἢ, καὰν καλὰ enim auribus moleſtè ſonat; quod ſi omiſiſſet τὸ καλὰ, atque ita poneret, καὰν καὶ τὸ πάλαι &c. ne gry quidem ab antiquo conſtruendi modo deflexiſſet. Præter hanc Conſtructionem etiam alia Conſtructio occurrebat peregrina antiquisque Græcis haud ita uſitata, hæcce: ὅτι ὀχὶ μόνον βασίλειον ἐστρήθη &c. voces hæc, ut & ſupra prolatæ, priſcis Græcis non ſunt ignotæ, Conſtructio v. aliqualiter deflexiſſe videtur, quod nempe pro genitivo, accuſativo uſus fuerit caſu. Neſcio itaque an Græcorum modernorum plebi ignota periodus fuiſſet, ſi illam ita: ὅτι ὀχὶ μόνον βασιλείας ἐστρήθη vel διότι ὄ μόνον, βασιλείας, στρεῖται vel ἐρήμωται, vel ἐρημώθη (quæ omnes ſunt antiquorum Conſtructiones) conſtrueret? Nam qui intelligit, τὸ ὅτι & ὅχι μόνον etiam τὸ διὸτι & ὄχὶ μόνον vel ὄ μόνον omnino percipiet. Nam hæ conſtructiones non ſemel in hoc autore occurrunt, neque magna mutatio verborum intercedit. Præterea τὸ ὄ in connexione aliarum vocum ita pronunciatur â modernis Græcis, ut illud ab o vix diſtinguere poſſis, id quod etiam apud antiquos in uſu fuerat. Græcarum igitur literarum

rum ignari sunt, qui modernos Græcos contemnunt, quod pro ἀχὶ ponant ὄχι vel ὀχὶ, quasi non usitatissimum hocce apud Dores fuerit olim. Deinde qui intelligit τὸ ἱκανὸι νὰ ἀποκριθῶσι quæ est vulgaris & inusitata antiquis Constructio, etiam intelligit usitatam constructionem antiquorum Græcorum, quæ ita se habet: ἱκανὸς εἰς ἀπολογίαν, vel ἀποκρίσιν; vel si ita efferretur: ἱκανοὶ ἵνα ἀποκριθῶσιν εἰς ὅσα ἡμᾶς ἐκεῖνο διαβάλλωσι pro μᾶς omnino ἡμᾶς substitui potest. Nam quanquam plebs non ita pronomen pronunciat, tamen elegantiorem pronunciationem probe intelligit. Ita Rusticus Francus dicit: Mad ha; me in Ufen ei non ignorat tamen elegantiorem pronunciationem, quæ ita sonat: Magd heiß mir im Ofen ein. Item si noster Gabriel ἵνα μάθωσι, scripsisset loco τῦ, νὰ μάθῃ quod est brevius loqui, sane non falleret opinionem illiteratorum Græcorum, cum non ita magna mutatio vocum intercedat. Idem etiam de illo dicendum venit: νὰ ζητῆσι loco τῦ ἵνα ζητῶσι, & loco τῦ ἀπὸ λόγυ μας ponere poteras, ἀφ' ἡμῶν, vel ἐξ ἐμῦ: vel ἀπ' ἐμῦ Nam sæpe in querelis de contributionibus civet complures audivi, ad poligrammateis dicentes: πόσα ἄστρεφε ἀπ' ἐμῦ τὺ πλωχῦ ζητῆς. h. e. tantam pecuniam abs me paupere postulas? ita etiam in illo loco, absque ullo dispendio sensus

vulga-

vulgaris, pro. ἂν καλὰ καὶ ἡ ἐπιχείρησις αὕτη, νὰ εἶναι ὑπὲρ τὴν δύναμιν &c. substitus potest sequens constructio: Κἂν καὶ ἀληθῶς ἡ ἐπιχείρησις αὕτη ἐστὶν ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν vel ἰδικήν μας, δύναμιν, ὅμως ἔχοντες ἀγαθὰς τὰς ἐλέπιδας εἰς τὸν παντοδύναμον θεὸν &c.

Hæc inquam omnia si quis ita construeret, hacque usus fuisset scribendi methodo, & linguam antiquam plane incorruptam servasset & popularibus suis omnibus intellectu facillimus foret. Qui autem hæc sibi imaginari non pose sunt, adeant (loquor de iis, qui saltem N. T. Græcum absque Lexico explanare possunt) orthodoxam Homologiam Græcorum ante aliquot annos Lipsiæ Græce & Latine editam. Hæc enim in vulgari Græcorum lingua conscripta; sive è Russica lingua, translata est; ad utilitatem non Doctorum, sed cujuscunque conditionis hominum. Subscriptum enim est: ut detur gratis omnibus Christianis ad utilitatem animarum. Illius, inquam linguæ, qua hæc Orthodoxa Homologia conscripta est, si pauca mutaveris vocabula, totam N. T. linguam originalem, si non elegantiorem, ibi comprehensam invenies quam si nunc ad manus haberem non pigeret integras hic recitare paginas. Sed quoniam illa inpræsentiarum destituimur, saltem illa examinabimus, quæ supra jam jam ex aliis Græcorum scriptoribus exempli loco Lectori

ctori fuggeſſimus; præſertim verò è Maximo Peloponneſenſi. In illius enim textu exſtabant verba hæcce: μὴ τὸς λατίνους, quæ revera deflectunt ab antiqua conſtruendi more; attamen quid ſi ita poſuiſſet: μὴ τ λατίνων, num quilibet ruſticus Græcus ignoraret conſtructionis ſignificationem ita ſonantis: πολλὴ διαφορὰν ἔχομεν μὴ τῶν λατίνων. i. e. multum nos differre Latinis. Nam nulla verborum additio intercedit, niſi mutatio caſus addito τὰ poſt μὲ. Nam quamvis ruſticus Germanus dicat: O harzt mi halt an mohl / daß i mei arms zappelns Harz a weng derquick / i weiß a ſchlechts / daß es außſigt aß wie a gbachni Holz-Biern / oder a walcka Ratti. Tamen non ignorat elegantioris linguæ ſenſum, quæ ita ſonat: O herzt mich doch einmahl / daß ich mein armes zappelendes Herz ein wenig erquicke / ich weiß ja wohl / daß es außſieht als wie eine gebackene Holz-Birn / oder ein welcker Rettig. Ita etiam ruſticus Græcus me ſanè non ignorabit, ſi dixero: Τί πιὲς ἄνθρωπε; ἢ πᾶ ὑπάγεις πελαπτωρε; Νικόλαε δῦρο ἔξω. Quamvis ille hac pura loquendi Græca formula parum mutata ita proferat; τὶ κάμνεις, vel, τὶ πῖς ἄθρωπε, ἢ πᾶ πᾶς μαῦρε vel πελαπτωρε; Νικόλαε ἔυγα ὄξω. Ubi κάμνεις, vel πῖς pro-

pro ποιεῖς, ἄθρωπε pro ἄνθρωπε, ὑπᾷς pro ὑπάγεις. μαῦρε pro ταλαίπωρε, & ὄξω pro ἔξω. Non ignorant rustici Græci, quid sit ταλαίπωρος, & quid ποιεῖς denotet, sed magis ipsis usu venit dicere: μαῦρε pro ταλαίπωρε, & κάμνεις pro ποιεῖς. Ita dicunt κεφάλι pro κεφάλαιον, χέρι pro χεῖρα; & plura alia, quæ antiqua quidem sunt Græca vocabula, illi verò aut abbreviant, aut prolongare accentumque mutare solent. Vix denique mihi persuadere, & ne vix quidem possum, tempore Platonis, Socratis, Aristotelis, Demosthenis, Isocratis, aliorumque Philosophorum ac Oratorum, cum Græcia cultissima esset, Græcos rusticos non corruptè loquutos fuisse, cum evidentissima exempla nostris temporibus etiam habeamus. In Anglia enim, Hollandia, Germania, Italia, Gallia, &c. quæ summe hodie & lingua & studiis florent, tamen docti Viri non solum rusticorum, verum etiam plurium civium suorum discursum non sine cachinnis audire queunt; Quod si exempla haud odiosa forent, non leviuscula hocce loco Lectori suppeditarem, ne autem plane sicco pede illa præterire videar, addam hic formulam quandam loquendi, ex qua facile dictorum patebit veritas; Est verò illa hæc: Gstrenge Har! Nu/ nu ward ock nich balde büse /. Ihr ward mih do nit fraffen/ doß i echa wing de Wohrt say.

Gestren-

Geſtrenger Herr/ gruſſen Danck/ GOtt vergelt es ech Geſtrenger Herr/ iche hette och wuhl wos anzbringen/ meinetwegen um de Wätter-Garbe. Ja was ſoll ich ſayn Herr Geſtrengeter! Saht ock/ mey Haar ſaits vu ſich ſalber/ Nockber Jockels Knaicht dam mi alle Schelmerey geſtiht/ unde dar Zim verderbe des ganzen Durffes geboren iß hott meinr orme Hanne/ ſonder Schold ende Urſache nachm Halſe gezihlet/ und hatt ihms Benn in Stücke geſchmiſſen. Denckt ock/ wen e em e Kopp troſſen hette/ a hette em de Hirnſchole ganz unde gar zerſchmettert. Ex quibus colligi poteſt, Græcos ruſticos antiquis temporibus aut non melius loquutos fuiſſe, quam modernos Germanorum ruſticos in tam cultiſſimis regionibus, aut nunquam potuiſſe Doctos imitari; Alioquin unde tam ſubitanea mutatio tam brevi temporis ſpatio exorta fuiſſet, niſi quod ſublata docta lingua doctiſſimisque illis præceptis, ruſticorum lingua regnare cœpit? Tollas enim è medio Germaniæ typos, libros ac tantam Doctorum turbam, ut factum eſt poſt captivitatem Græciæ, atque Tibi ſanctè promitto, non ſeculum præterlapſurum quin ſumma barbaries Germaniam ſit occupatura. Si enim cum tot adſint Doctores, tot præceptores, tot ſcholæ, tot Gymnaſia, tot univerſitates, tot conciones, tanta librorum copia, tam peſſimè Germanicè loquuntur cives, quid

quid si hæc omnia ê medio tollas, expectandum sit in Germania quivis videt.

Igitur si saltem Syntaxin suam & formulam loquendi Maximus noster ita posuisset, uti Gabriel Scheberus pag m. 51. habet, certe neque corrupte loquutus fuisset, & omnibus tum doctis Europæis, qui hanc communem ignorant linguam, tum popularibus suis intellectu facilis foret. Ita enim Gabrielis illam habet: καιρὸς εἶναι λοιπὸν νὰ εἰπῶμεν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τεσσάρων διαφορῶν τὰς ὁποίας ἔχει ἡ ἀνατολικὴ καὶ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία. Etiam κάμνουν qua sensum aut parum aut nihil ex antiquorum deflexit, nisi abbreviatione. Κάμνουν enim est pro κάμνουσι, quod quamvis apud priscos verbum κάμνω laborem significet, nescio tamen τὸ, ποιῶ, quomodo aliter Græcè quis interpretari possit, cum & ille, qui ποιεῖ, laborat aliquid. & ille, qui κάμνει. Unicum hocce fortassis differret, quod prius Activam, posterius Passivam habuerat significationem. ὄχι μὲ ἀνεβατὸν ψωμὶ, ἀλλὰ μὲ λειψὸν &c. Rusticus qui hæc percipit, etiam sequentia percipiet, quæ puriori lingua scripta sunt οὐχὶ μετὰ ἀνεβατοῦ ψωμίου, ἀλλὰ μετὰ λειψοῦ. ἀνεβατὸν ψωμίον, ab ἀναβαίνω, exsurgo, ascendo. Omnis enim panis fermentatus exsurgit atque ascendit, contrarium vero obtinet in azymo. Neque qui intelligit quid sit ψωμὶ, ignorat

signifi

significationem ψωμὶς; vocabulum Scripturæ Sacræ usitatissimum Joh. XIII. 26. &c. λειψὸν ψωμίον à verbo λείπω, deficio, omnis enim panis absque fermento, defectuosus apud Græcos habetur. Imo vero optime & sine ullo vulgaris sensus dispendio, sequenti modo illa verba proferre poterat: ἐχὶ μετὰ ἐνζύμυ ψωμίς, ἀλλὰ μετὰ ἀζύμυ, ut habet Gabrieles Scheberus Philadelphiæ Episcopus, non semel: in Tract. de hac controversia, & pag. supra jam jam citata ἤγουν, inquit, περὶ τῆς ὕλης τῆς ἐνζύμυ & ἀζύμυ. & ipse Maximus Pelop. paulo infra: καιρὸς inquit τῶν ἀζύμων, & sic porro omnem hujus communem linguam, quam barbaram vocare solent, paucis mutatis voculis illico ex cineribus & vermiculo in antiquum illum Phœnicem renascentem cernis; id quod in dies Græci docti ac eruditi moderni intentissime allaborant, ut jamjam ex supra citatis Authorum scriptis clare demonstravimus.

Nunc aliorum quoque examinarem jam supra nobis allata exempla, nisi ex hisce Maximi Pelop. qui revera corruptiore aliis stylo ac vocabulis utitur, sole meridiano clarius pateret, quidnam de illis dicendum foret, in quorum integris paginis vix tria immutanda vocabula veniunt. Nam S. Trapezuntius capite 4. gr. V. hujusmodi lingua communi utitur.

Ἐρώτησις, Ε'.

Ἐις ποίαν ὥραν τῆς ἕκτης ἡμέρας ἐκείνης παρέβη τὴν ἐντολὴν ὁ Ἀδάμ.

Ἀπόκρισις.

Παρέβη δὲ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ ὁ Ἀδὰμ κατὰ τὴν ἑκτὴν ὥραν τῆς ἕκτης ἡμέρας ἐκείνης, ἐπειδὴ καὶ ὁ κυριός μας εἰς τὴν αὐτὴν ἕκτην ὥραν τῆς αὐτῆς ἕκτης ἡμέρας ἄπλωσε τὰς χεῖρας τοῦ ἐπάνω εἰς τὸ σταυρὸν, καὶ ἐσταυρώθη διὰ τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδάμ. Καθὼς τὸ λογιάζει ὀρθῶς καὶ ἡ ἁγίαμας Ἐκκλησία, καὶ τὸ ψάλλει κατὰ τὴν ἀ-„κολουθίαν τῆς ἕκτης ὥρας, λέγουσα. Ὁ ἐν „ἕκτῃ ἡμέρᾳ τε καὶ ὥρᾳ τῷ σταυρῷ προσηλώ-„σας τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ τολμηθεῖσαν τῷ „Ἀδὰμ ἁμαρτίαν. Ἐπειδὴ καὶ ὅλα παρατετη-ρημένως ἀνεφίκτης προνοίας λόγοις ὁ Κύριός μας τὰ ἐνεργοῦσεν, ὡς ἀνωτέρῳ ἐλέγετο. Ὅπου Θεοῦ ἐνέργεια καὶ οἰκονομία ἐκεῖ οὐδὲν μάτην οὐδὲν ἄνευ λόγου. ἀλλὰ πάντα κατὰ λόγον καὶ ὑπὲρ λόγον ἐνεργοῦνται καὶ γίνονται, εἰ καὶ τὰ πλείω τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβέβηκε γνώσιν. Nec minus eleganter Cap. XV. quod ita sonat:

Ἐρώ-

Ἐρώτης ΙΕ'.

Περὶ διαφορᾶς τ ἡμερῶν, καὶ ἑβδομάδων, καὶ μηνῶν, καὶ ἐνιαυτῶν ἡλιακῶν τε καὶ σεληνιακῶν.

Ἀποκρίσις.

Ἐυρίσκομεν τ ἁγίαν γραφὴν ὅτε λέγει περὶ τ ἡλιακῶν ἡμερῶν. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ ἡμέρα μία. Καὶ πάλιν ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ ἡμέρα δευτέρα. Ὁμοίως καὶ τρίτη, καὶ τετάρτη καὶ καθεξῆς αἱ λοιπαὶ ἐυρίσκομεν. ἡ καὶ τ Σελήνην ὅτε ἐκτίσθησεν ὁμοῦ ὁ Ἥλιος ἐυθὺς τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ. Καὶ ἐυρέθησαν καὶ τ τοφώτατον ψελλὸν, καὶ περὶ τούτου καὶ τ ἁγίαν γραφὴν, ὁ μὲν ἥλιος εἰς τὴν ἀρχὴν τ δύσεως καὶ ζυγόν. Ἴσον εἰπεῖν. Ὁ μὲν ἥλιος εἰς τ ἀρχὴν τ ἡμέρας ἐυθὺς ἀνατείλας. ἡ δὲ σελήνη εἰς τ ἀρχὴν τ νυκτὸς ἐυθὺς βασιλεύσα. Καὶ ἐπειδὴ πλεία εἰς τ ἀρχὴν τ τετάρτης ἡμέρας ἐκείνης ἐυρέθη κτισθεῖσα, δεκατεσσάρων ἡμισυ ἡμερῶν τέταρτον, καθὼς τὸ ἀρίζει καὶ ὁ θεῖος δαμασκηνὸς εἰς τὰ θεολογικάτα, ἐν κεφαλαίῳ κβ' φανερὸν εἶναι ὡς ἕως ἑσπέρας τ (δ') ἡμέρας ἐκείνης ἐγένετο ὅσον καὶ τ χρόνον ἡμερῶν ε, πλείων. &c. Quid quæso mutandum venit in hisce verbis, nisi unum alterumve vo-

cabulum ? Et tamen ſe hoc non ſolum ad ἀπαιδεύτους ſed magis ad χυδαίους, ut ejus utar verbis, i. e. Ruſticos & indoctos calendarium ſcribere fatetur, ut ſupra Cap. V. ex verbis ejusdem demonſtravimus. Dicebat enim ibi ſe hunc librum in conſueta lingua ſcribere coactum, non aliam ob cauſam, quam ut popularibus ſuis rudioribus de hujusmodi rebus aliquam notitiam exhiberet : Et tamen lingua, quâ hic exaratus eſt libellus, pauculis admodum mutatis N. T. originali textui minimè cedit : Imo verò phraſes nonnullæ hocce in opuſculo inveniuntur, quæ nimium quantum antiquorum Græcorum genium ſcribendi affectare videntur, ſcripturamque Sacram multis paraſangis retrò relinquere; quod multis ac præclariſſimis teſtimoniis comprobaſſem, ni prolixitatem impræſentiarum omni modo vitandam cenſerem. Conſtat igitur ex iſtis, de poetis aliisque gravioribus autoribus, à plebe facile non intellectis, eſſe eorum querimonias; Verumtamen certo certius compertum habeo, rariſſimos in Germanorum eſſe plebe, qui poemata Hofmans-Waldavii, Lohenſteinii, aliorumque difficillimorum autorum ſcripta germanica poſſent intelligere. Laudandi magis hac in re Græci veniunt, quam vituperandi, qui totum Homerum, aliosque graviores autores ad uſum etiam plebejorum quotidie transferunt. Carmina

mina verò politica pangunt Græci, non ut ſibi habeant, quo oblectarentur, verum ut plebi quoque aliqua utilitas inde emergeret, cum tamen plures poëtæ cæterarum gentium idem non faciant, immo ſi propria lingua aliquid tale elaborant; id oſtentationis cauſa faciunt, & fortè laudem doctorum hominum obſcuris Gallicis atque Latinis vocabulis, in omnibus ferme lineis inſertis aucupantur. Cujus rei haud pauca haberem teſtimonia, niſi cuique notum eſſet, multos ſcriptores dari Germanicos, qui ſemi-Latino-Galli ſunt, licet omnino de cordatiorum Germanorum diſſenſu, indignatione & vituperiis, quibus ſpurium illud dicendi genus proſequuntur, teſtari ſimul poſſim. Quod ſi verò quis dubitet, ſupra exhibita Græca teſtimonia eſſe lingua communi Græca conſcripta, is maxime opinione ſua fallitur, convincitur enim ex hiſce ibi intermixtis vocabulis: ὁ κύριός μας, pro ὁ κύριος ἡμῶν, χεῖρές τε, pro χεῖρας αὐτῦ. τὸ λογιάζει pro τῦτο λογίζεται. καὶ τὸ ψάλλει, pro καὶ ψάλλει. absque articulo, &c.

CAPUT VIII.

In quo ſpecialia quædam notantur, & de modernorum Græcorum Poetis.

ILlud hic maxime notandum venit, quod

in insulis magis corrupte loquantur Græci quam in continenti : Quare & libri, qui Venetiis typis excuduntur, tum prosa tum ligata communi lingua, ita in renovandis editionibus à nonnullis insulanis doctis, qui ibi ferme semper versantur, sunt corrupti ut Græci, qui in continenti habitant, vix illos absque repetita lectione intelligere queant, imò vero quam plurima vocabula plane ignorantur ; ad quod melius declarandum, sexcenta hic vocabula in testimonium adducerem, nisi opusculum hocce nostrum prolixum admodum ac tædiosum Lectori futurum existimarem. Ita Damascæni vitas Patrum, Chronographum, Æsopi opera, Bertoldum, aliosque scriptores ab hujusmodi ignaris, qui nunquam continentem petierunt, sed cum nautis, qui Italicis inserviunt navibus, commercium habent, de tota Græcia judicantes, pessimè priscam communem linguam corrumpunt : Quare etiam Constantinopoli, Hadrianopoli aliisque Europæ civitatibus Græcis recentiores editiones flocci penduntur. Unde non ineptè jam dudum Anastasius Macedo negat hos corruptores esse Græcos. (a) Tales olim fuerunt Gabriel Contianus, Johannis peccator, Georgius Humnus, aliique hujus farinæ quam plurimi, qui fortè in insulis

(a) vid. Introductionem ad Poesin Barbaro-Græcam, Poët. J. M. Lang. p. 24.

lis, ubi nati erant, matre Græca, patre vero mercatore aut nauta usi sunt Italo. Qui postquam Venetias à parentibus deducti, ibique doctius sapere quam antea cepere, cum cirent, Græcam gentem semper celebratam fuisse, sese Græcos, quam Italos malueruut nuncupari. Et ita postquam in gymnasio pro duodecim Græcis Venetiis exstructo, Poëtis aliisque Græcorum scriptoribus operam navassent, ad Italorum imitationem versus sive rhythmos hujusmodi ceperunt scribere, ut nemo sit mediocriter doctus inter Græcos; qui illos absque nausea legere queat. Nam quantum Italici poëtæ hisce præstiterint, tantum hi Italo-Græci genuinis Græcis poëtis sequiori lingua cedere debent. Sed ubi res ipsa loquitur, quid opus est verborum ambagibus? Apponam igitur nonnullos illorum Italo-Græcorum rhythmos, deinceps etiam Græcorum, qui continentem inhabitant, atque ita contrariis juxta se positis, ex profundissima caligine, luce meridiana clarior eminebit veritas. Sunt vero illi sequentes ex doctissima dissertatione jam supra laudati Dn. D. J. M. Langi, quæ titulo introductionis ad Poësin Barbaro-Græcam insignita est:

Apospasma Contiani.

Ποίημα ἓν ἀπὸ χαρός γαβριὴλ κονιάνω,
μανὰ με μαχαρίζουσιν ἀφόντις ἀποθάνω.

Hic neque Orthographiæ, neque Salis

Poëtici ullum ſaporem habet. Nam cum deberet κονλιανῦ caſu genitivo uti, contrarium fecit atque Italico caſu & accentu uſus fuit; in Italica enim lingua hoc nomen, ut puto, in omni caſu Signor Contiano flectitur. Deinde pro διάνα, habet γιανὰ, quod abſque riſu nemo Græcorum in continenti audire poteſt. Denique quis ſenſus, aut quæ conſtructio hujus Diſtichi foret? ita enim latine ſonat: *Poëma unum ex manu Gabrielis Contiani, ut me bearent quando morior.* Certe ſequens multo melius ſonat: *Tu es Chriſtophore, qui portaſti Jeſu Chriſte, per terram & mare rubrum, & non fraxiſti crurum &c.* vel, quia id Epitaphium noſtri Contiani videtur, magis iſtis ſimile eſt: *Hic jacet magiſter, qui diſputavit bis aut ter, ſemel in Celarent, ut omnes admirarent, & bis in Friſſe ſummorum, quieſcat in ſecula ſeculorum.* Et ſane ſenſus horum, rhythmorum, quamvis barbari ſint, multo clarior eſt quam diſtichi ſupra Contiani. Nam cum unum Poëma (ut ejus utar verbis) manui Contiani in tertia perſona tribuiſſet, ſtatim inducit primam perſonam, γιανὰ μὲ μακαρίζουν dicens; quo nihil abſurdius unquam in Græca lingua mihi videre contigit. Poterat hocce Epitaphium vel Diſtichon, ſi verus Græcus fuiſſet, ita concinnari

τοῦτό ἐγὼ τὸ ποίημα ἠθέλησα νὰ κάμω,
διάνα μὲ μακαρίζουν ὁπόταν ἀποθάνω.

id

id est,

Hocce ego poëma elaborare volui.
ut me bearet, postquam mortuus ero.

vel ita.

Ὁ κοντιάνης ἄρχισε, τὸ ποίημα νὰ κάμῃ,
Εἰς μνήμην τοῦ αἰώνιον, ὁπόταν ἀποθάνει.

id est,

Contianes incepit hoc Carmen elaborare,
In memoriam sui æternam postquam mortuus fuerit.

Nam versus secundus superioris Distichi, propter præpositionem (διά) aliquantulum claudicare videtur; habet enim plus syllabam superiore. Deinde si priori versu prima persona utimur, necesse est, ut etiam in secundo eadem utamur, sin vero in primo secunda, & in secundo secunda, & ita porro; sin in priori tertia, & in posteriori tertiâ uti debemus. Vel si voluisset etiam nomen tum baptismale, tum patronymicon huic districho inserere, more Thucydidis, metuens, scilicet ne tam elegans carmen alter, suo nomine præfixo, ederet; poterat ita pangere:

Ὁ γαβριὴλ κοντιανὸς ἠθέλησε νὰ κάμῃ,
Ῥημάτιον εἰς μνήμην του, ὁπόταν ἀποθάνῃ.

vel ita.

Ὁ γαβριὴλ κοντιανὸς ἠθέλησα νὰ κάμω,
Ῥημάτιον εἰς μνήμην μου, ὁπόταν ἀποθάνω.

Patet ex iſtis, quam abſurde etiam proœmium hujus Contiani in Apollonium Tyrium ſonet. Inventionem hujus libelli non contemno quippe vel cum ſagaciſſimis Italorum ingeniis contendere poteſt; ſed verſus protſus lectione Græcorum indigni videntur. Quare ſi in mea poteſtate eſſet, aut plane prohiberem, aut una cum aliis, in meliores verſus concinnatum juvenibus legendum traderem. Quanta enim corruptela linguæ abs tam ſqualidis libris & ſcribendi genere juvenibus orlatur, nemo ſibi melius perſuadere poteſt, quam qui id ipſa re expertus eſt. Quis enim quæſo juvenum immunis à corruptela linguæ latinæ evaderet, ſi quotidie epiſtolas obſcurorum virorum manibus volveret? examinarem jam & aliorum Apoſpasmata, ni me abuti ſentirem Lectoris patientia. Id ſaltem obiter monere volo: Carmen quod Vir Celeberimus Dn. D. Lang. in laudem Glorioſiſſimæ Memoriæ LEOPOLDI, Diſſertationi ſuæ ſupra citatæ inſeruit, vereor, ne potius in contumeliam tanti Herois vergat. Nam non ſolum ſenſus tortuoſus atque inſuavis eſt, verum præter illum verſiculum, qui ibi ita ſonat,

Ἀκούσατε νὰ σᾶς εἰπῶ, ὦ ἔθνη τῶν ἑλλήνων,

Cæteri tum Jambici, tum Trochaici inde plane expungendi forent, exceptis Latinis, qui toto differunt cœlo. Poterat etiam hic verſiculus ita corrigi:

Ἀκού-

Ἀκούσατε νά σας εἰπῶ, εἰὼ ἔθνη τῶν ἑλλήνων.

Nam cum τὸ, ἀκούσατε sit imperativus pluralis etiam τὸ ἔθνος, pluralis numeri esse debuerat; quod quamvis apud antiquos in usu fuerat (ut Lucianus habet χορὸς αὐτῷ κόσμιος ἕπονται, pro ἕπεται) περιληπτικά nomina, jam singulariter, quandoque vero pluraliter proferri, apud modernos tamen plane abolitus est hic mos: quare ulterius nihil in hoc carmine corrigendum habeo. Nam si id facere vellem, totum mutandum existimarem, id quod esset in alterius messem falcem mittere. Sed quia promisi etiam illorum Rhythmorum, qui â Græcis, continentem inhabitantibus componuntur, hic nonnullos subjicere, memor promissorum paucula referam, &, ut spero, non injucunda Lectori Benevolo; sunt vero sequentes:

Rhythmi Spirituales.

Θεέ μου παντοδύναμε, κριτὰ τῆς οἰκουμένης,
τὰ πταίσματά μου φαίνονται, ὡς τῆς κοινῆς τῆς πόρνης.
Στοχάζομαι ὁλημερὴς τῆς κρίσεως ἡμέραν,
Ὅτι αὐτὸς ὁ θάνατος κεντᾷ με πᾶσαν ὥραν.
Ἡ ὥρα με παρακαλεῖ νὰ στοχασῶ τὴν κρίσιν,
ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ φρικτῇ πρέπει νὰ δίσω ῥῆσιν.
Ὀβίος μου ὁ μάταιος, ταλαίπωρος, καὶ ξένος,

Μὲ

Μὲ τοῦ χριστοῦ ὂν συγκριθῇ, οὐκ ἔχει οὐδὲ μέρος.
Τὰ ἔργαμου τὰ πονηρὰ, θελήματα κακίας,
Ἔχω καὶ ὁμιλήματα γέμοντα ἁμαρτίας,
Καὶ στοχασμοὺς, καὶ λογισμοὺς, πικρίας τῆς καρδίας,
Καὶ κρίσεις πρὸς τοὺς γείτονας γλωσσώδεις καὶ μανίας.
Ἡ δὲ παμπόνηρος ζωὴ, ἣν ἔχω ὁλημέραν,
Ἀσεβεράτη φαίνεται εἰς κρίσεως ἡμέραν.
ποῖον καλὸν νὰ στοχαστῶ εἰς ταύτην καὶ νὰ εὕρω;
Ὁποῦ καλὸν δὲν ἔπραξα, πῶς οὖν αὐτὸ νὰ εὕρω;
Εἰ δὲ κεἰς ταύτην φαίνεαι καὶ τοῦ καλοῦ ὀλίγον
Ἀλλ' ἁμαρτία ἡ προπάτορος τὸ ἔκαμεν ἀχρεῖον &c.

Aliud à Sartore quodam Hadrianopoli Compositum, contra Senem Calvum & divitem, qui hujus Juvenis Amasiam seduxit atque uxorem duxit. Est vero sequens.

Ὃς ἔχει πλοῦτον περισσὸν ἔχει καρδίαν μεγάλην,
Νὰ μάθῃ μόνος δύναται τὴν ἐπιστήμην ὅλην.
Αγχινοιαν ἔχει καρετὴν, ἔχει καὶ τὰ πρωτεῖα,
Ἔχει τιμὴν εἰς ἅπαντας, κἀξίαν εἰς τὰ θεῖα.
Ὅλοι τὸν προσηκόνται, Δέσποτα τὸν φωνοῦσι,
Τὸν προσκυνοῦσιν ὡς θεὸν, τὴν χεῖρα τοῦ φιλοῦσι.

Ἂν

Ἂν εἶναι καὶ μελαγχροινὸς, καὶ φαλακρὸς, καὶ γέρων,
Ἢ εὔμορφες τ' ἀγαπῶν, ὡς εὔμορφον καὶ νέον.
Τὰς λίμας παραβλέπουσι, τὴν μύζαν τοῦ φιλοῦσι;
Καὶ ὡς τὰ βρέφη τὰ μικρὰ, εἰς χεῖρας, τὸν κρατοῦσι.

Præter hæc, Lectorem etiam ad illud Carmen nostrum remittimus, quod in fine Dissertationis Joh. Thomasii Combro-Brit. de anima Brutorum subjecimus, ex quibus omnibus patet, quantum distent æra lupinis, tantum fortassis quantum, distant Italo-Græci genuinis Græcis, vel sequentes rhythmi ab Hoffmanns-Waldauii aliorumque cultiorum Virorum poëmatibus.

Erzehlung der Music / wie der Blinde von der Farb.

Vatta/ i mouß dir Wunda sogen/
Was si nachten hout zutrogen/
Zu Zlanzet dinna in da Stodt/
Am Abend wie ma gfespert hot.
Bin i a in a Kircha kemma/
Allda Wunda wird vernehma.
Do sind viel Manna groß a kla/
Gern fuffzeha wie i ma.

Etla

Etla Schula a dabey.
Wies mi dünckt / hot zwey oder drey/
An jeda hout a Pfat ankhotten/
Ho kan gſeha/ de gfeyret hotten/
Sind machti wohl im Handel gweſa/
Hobn allgſambt gſunge und gleſa/
A langa Schießling in a Stond/
Hout ſtets gfuchtelt mit da Hond/
A hintern fuchteln hemmets ſein/
Die andern zwang geſunga drein.
Au Erſten hout ſchlehts ana onghoben/
Der Ander iſt ſchlets nochi gſtoben/
Der Dritt iſt gehling a hergwiſcht/
Wie ſi der Vierdt hout drunto gmiſcht/
Dou houbens offter auf allen vieren/
Erſt recht zwizert und zamma geſchrien.
A jede hout an Zettel khotten/
Viel ſchwartze Houcken grum a kroten.
Der Erſt hout gſunga mochti kla/
Der Ander kons nit nochi tha/
Der Dritt ſtimbt wida gröba zou/
Der Vierdt hout plärt os wy a Kou.
A etla houk an Stecka khoten/
A wann ſe a Bua verſchnogelt hoten/
So hout ern übern Schötel gſchlogen/
Daß ſi da Stecka hout zamma bögen.
A zwey in weiten Pfloter-Hoſen/
Die hemmet auf Trommetten bloſen.
Aner hout auf der Zittern gſchlogen/
A brata Lattarn und Strick drauf zogen/

De hout

De hout dreyn pnmpert no da Schwer/
As wenn a Wetta im Himmel wehr.
An anderer in a rothen Hor/
Stund mitten drunta in da Schor/
Hauts Maul in alle gouts Höh aufgriffen/
Hout in a schwarzes Bainla biſſen/
Es hat der kerrt as wie ſo keckt/
Darn allzuſammen das Maul gereckt/
Ho all mein lebalang auf Erden/
Ka ſoltes Muſicken ghörten.
I hoit a Viertel Böſa drum geben/
Votta/ wenn gſtanden werſt darneben.
Du wird ja alle Wunda ſagen/
Wand mirs nit glabſt/ kanſt weita ſragen.
Aber a mahl/ ſchau merck mi a/
Find wieder etwas zproſſeln a/
I ſchau hin a her ohngfehr/
Was du nur frur a Gſcheder wer/
Do hett i weda Raſt no Ruh/
Und mach mi an baß dazu/
Stund a Höh auf der lincka Hond/
An großig Kaſten on da Wond/
Zoalla öberſt auf der Bin/
Hout mehr als hundert Pfeiffen din/
Grouß/ lang/ rund/ zinnern Horn/
Hinten eben ſo wohl als vorn/
Allda in da Ordnung da viel/
Groß/ kla/ ſchön/ laut/ und wohl a ſtill.
Oetla ſo groß as wie a Wißbam/
Ottla ſo kla/ mon ſiets kam/

Und

Und öttla wie a Beſenſtiel/
De mettlen ſengern no ſo viel/
Und hinda her beym Sackabrennt/
Da houts grouß Bumſen wie mans nennt.
Faden in roten im dritten Kroten/
Wie unſa Weba in Stuhl hoten.
Wo da mo mit da Fuß drauf tritt/
Hinden a forn und da Mitt/
Do machts dann wieda Gſchede drein/
Doß ane mant es fiel Kircha ein/
Baß oben do houts a Zeln/
A weni kurza aß a Eln/
Mit braun Hölzel ſo gering/
So brait as wie a Schniza-Kling/
So bald do mo ans hout griffa/
hal von ſtatt a zinuern Horn pfiffa/
Und wann a beſſa drauf hot druckt/
Und tapffa hinawida gruckt/
Do houts erſt pumperirt und gſchria/
Oß wemma a Sau in d Schweinm thut führa/
Nor ſchlet a Bua und a Mo
Fanga a ſots Grumpel o.
Da Bou zeucht drey Blaßbelg krot/
Oß wie unſa Schmit vorn Amboß hot/
Da blauſens memla wier muß ſeyn/
Da pfeiffts ahſamt ſtrumel ein.
A wenn mir acht Sackpfeiffer biſſen/
Und offtn all zuſammn gehn lieſſen/
So machtens holt a ernſtlichs Gſtoba/
So gings in Koſten no viel groba/

A wenns

A wennis offten allda zu holen geſumſt/
Do houts erſt wida gſauſt und brumſt/
Do i ho gmotho ewigleich/
Es rumpel troben im Himmelreich.
Wie ſi da Mo houts fuchteln verziehen/
Habend Narrn all mitananda gſchwiegen/
Und haben zlezta Dredla gmacht/
Do i vo Herzen ho mit glacht.
Afften hoben ſies Gratias gſunga/
Und Unſchluß thet i cinna dringa/
Ho wohl gſeha hinden a forn/
Daß ihra Sechs is Maul ſper worn/
I ho mi nit gern drunta gmiſcht/
Wer do ſchier bald affi gwiſcht/
Un hett a Zechl auf ſie gwagt/
A zeha Creuza durchi gjagt/
A anders maul wons mida ſinga/
Will is zweyfach auer bringa/
Un wen i ſunſta Kirboa het/
Iſt ſo wohr aß das heili Bett/
So reuet mi ka Gulda nit/
I hielts vor Nudl und Kuchta mit/
A Amma Böja thät alle Ehr/
Denn hättens viel/ ſo tränckens mehr/
Votta i ho mi dapffa gſtelt/
A ho die Händel wol dazehlt/
Doß nit monſtey ſey beym Freſſen/
Den ganzen Tag im Wirthhauß gſeſſen/
Die Kurtzweil hot mi Arſchling trieben/
Wer ſonſt ſo lang nit Zlanzet blieben.

Hi ſunt rhythmi Italo-Græcorum rhythmis haud abſimiles: Et utinam etiam illorum Italo-Græcorum rhythmi, ita accentum & numerum ſyllabarum obſervarent! Sed quaſi dilaniati atque cachinnis digni ſunt, non quidem quoad ſenſum, ut ſunt hi Germanici, quin quoad compoſitionem & modum ſcandendi accentûsque ſonum. Neque eſt quod mihi vitio vertant viri docti, quod integram hanc incomtam cantionem hic ſubjecerim. Nam quum alii de Græcorum corrupta illa lingua mentionem fecerunt, non dubitarunt integros ad uſum ſuum deſcribere tractatus. Ex quibus quid ſequitur, facile benevolus Lector conjicere poteſt: quod nempè ſi hujusmodi ſcripta quam plurima in publicum prodirent, atque ad alias gentes pervenirent, qui tantummodo linguam Germanicam politam callerent; qua ſcilicet Novum Teſtamentum conſcriptum eſt, non liceret concludere: Germanicam Plebem non intelligere Novum Teſtamentum in politam Germanorum linguam translatum, adeoque oportere, ut hac lingua, qua ſuperiores rhythmi ſcripti ſunt, novum iis excuderetur Teſtamentum, ut eò melius illud intelligere queant; Id quod fortè ruſticis gratum foret, haud tamen docti ac eruditi Germani, imo vero etiam cultiores cives, absque riſu id legere poſſent. Hoc certè accidit cum novo Teſtamento Græco

plebe-

plebeja ac ruſticana lingua, ter jam in Europa edito, quod à Græcis ſemper fuit rejectum. Nam hoc ſanè eſſet magis magisque illorum linguam corrumpere, non eo Græcos reddere eruditiores, uti quidam Vir celeberrimus in Diſſertatione quadam de hac novi Teſtamenti editione, diſſerit: *Rationem*, inquit, *ſucceſſus minus exoptati putarim præcipuè duplicem eſſe*: (I.) *Græcorum ſuperſtitioſam vetuſtatis venerationem & faſtum inſignem, &c.* Hac ratiotione ſane putidoque fundamento, omnes Doctores reformatos ac Evangelicos in crimen ſuperſtitionis vocat vir celeberrimus, qui tevera, quantum nos ſcimus majorem venerationem textui originali non ſolum novi Teſtamenti verum etiam Veteris Hebraiço, quam Latinis aut Germanicis editionibus tribuunt. Niſi eos excipere velles, qui neque Græcam neque Hebraicam linguam callent, quibus optime tritum illud applicare poſſumus: Ars non habet contemptorem niſi ignorantem. Hujusmodi enim homines ſacras Scripturas in linguam propriam & communem translatas pluris æſtimant, quam originalem earum textum. Addit etiam ſecundam rationem & tertiam Vir ſupra laudatus; Sed cum meræ ſint conjecturæ, reſponſum omnibus dare indignum exiſtimavimus. Attamen aliquis objicere nobis poteſt: *Saltem pro utilitate plebis, Græci illas retinere debuerant, uti*

eiam aliæ gentes faciunt, textu nempe originali Doctores utuntur, plebs verò eorum sua propria lingua legit. At hoc Sophisma ignari suis auditoribus proponant; Græcis sanè ridiculum est. Nam responsio in propatulo est: Aliarum gentium populus communis, neque Græcam, neque Latinam aut Hebraicam linguam intelligit, adeoque necessitas urgebat, quo aliquam notitiam de fide sua iis darent, novum & vetus Testamentum in propriam transferre linguam; Populus Græcus, non minus textum Scripturarum sacrarum intelligit, quam populus verbi gratia Germanorum in suum translatum idioma. Quare sicuti hi translationem in vulgarem & sordidam rusticorum linguam superfluum laborem, imò non minus ridiculum, existimant, ita & Græci facile supervacaneo huic negotio supersedere possunt. Tum demum hoc argumentum contra Græcos valeret, si in Græcam linguam sacras scripturas penitus non conversas, aut vernaculo sermone non conscriptas haberent: Vel si stylo quodam Demosthenico, aut Platonico essent conscriptæ; licet non dubitarem, si quotidie hos autores plebs Græcorum manibus volveret, quin eos quoque facillimo negotio intelligere possit; ut etiam cultiores Germanorum opifices, gravissimorum autorum scripta si sæpè perlegerint, sensum quidem eorum sat feliciter eruunt, ut autem eos explican-

plicando ſtatim imitari queant, nulli fortè ſuccedit. Quæ rationes quamvis ſat ſuperque Græcos excuſare crimineque Barbaro-Græci N. T. rejecti abſolvere videantur, tamen cum & alias longè graviōris momenti habeamus, illas quoque ſequenti capite leviter attingere non dubitamus.

CAPUT IX.

In quo exponuntur cauſæ, cur hæ vulgares editiones novi Teſtamenti à Græcorum Patriarchis rejectæ ſint.

ETſi præcipua cauſa rejecti novi Teſtamenti in vulgari lingua editi illa unica ſit, quòd ſcilicet hujusmodi interpretationes, non minus ſupervacaneæ, quam ridiculæ ſint; non tamen deſunt aliæ etiam, & quidem graviſſimæ, quas hic exponere, ut Lectorem eò melius de Græcorum ſevera admodum hac in re ſententia informare poſſimus, operæ pretium duximus. Et quidem prima eſt: Quod nulla inveniatur translatio, præſertim ſacrarum ſcripturarum, ubi neque addere quicquam nec demere licet, ſed verbotenus interpretanda ſunt omnia; Quæ non habeat ſuos Nævos (alioquin Doctores non opus habe-

reat textu Hebraico aut Græco.) Tale verò aliquid eſſet metuendum, ſi ea in hac vulgari lingua Græcorum fieret, cujus nihil hactenûs certo ſtabilitum invenitur. Nam una eademque vox hujus linguæ diverſis in regionbus Græciæ aliam & aliam habet ſignificationem, ita, ut quod Theſſalus maxime æſtimat, idem Thrax, vel Macedo, nec non Inſulanus, ludibrio habeat, ut infrà clarius patefiet. (2) Cauſa eſt : Quod in pluribus ſcripturæ dictis paucis ſaltem mutatis voculis, eadem manere debeat lingua, quæ & in originali textu fuerat; quod & ſupra evidenter oſtenſum, & infrà adhuc evidentius demonſtrabitur. (3) Quod tam obſcurus in nonnullis maneat ſenſus vulgaris interpretationis Novi Teſtamenti, quam in originali textu, ne dicam obſcurior : quod etiam peculiariter & ex inſtituto oſtendere conabimur. (4) Quod interpretes hujus vulgaris editionis, haud Eccleſiæ Græcæ fautores viſi ſunt, textumque originalem ad ſuas ὑποθέσεις ſtabiliendas fovendasque malè interpretantes aliqualiter à veritate deflexerunt, neque ſatis hanc culpam diluere, etiamſi vellent, poſſint, ut infrà clarius patebit. Et (5) denique, quod ſi textus originalis adimeretur Græcis, ſummum eſſet periculum, ne planè in barbariem grex Græcorum ſubitò deveniret. Nam unicè ſcripturas ſacras ſaltem antiqua lingua ſcriptas habent, per

quas

quas utpote faciliores & per quotidianam earum lectionem, ad alios etiam autores percipiendos, præsertim patres, sese assuefacere solent; Ex quibus adhuc manet ipsis aliqua de elegantia & puritate linguæ antiquæ idea; Quod si & hæc subtraherentur illis, paucas post annos haberes plebem Græcorum talem, qualem nunquam optaremus.

Denique hi mihi id facere videntur, quod olim magistri scholasticæ Theologiæ faciebant Qui omnes elegantiores latinitatis ac poëmatum autores rejiciebant, ut elegantias latinitatis suæ (cujus reliquias in obscurorum virorum epistolis habemus) omnibus obtruderent. Vel si quis vellet Ciceronem, Ovidium, Virgilium, Sallustium, aliosque autores in eam Latinam linguam transferre, quâ vulgò in Polonia atque Hungaria utuntur, ut eo melius intelligantur hi autores, nonne planè ridiculum hocce negotium omnibus foret? Quid enim aliud hi moliuntur, quam ut illis corruptam linguam obtrudant, quos potius ad altiorem ab humiliori lingua evehere debuerant, nempe ut in originali textu scripturarum rectius illos informarent. Profectò tantum abesset, ut ex hac editione novi Testamenti in corruptam linguam translati, doctiores evaderent Græci, (Uti supralaudatus Vir putat dicens: *Barbariei idem Cyrillus voluerat mederi per novi testamenti in lin-*

guam vulgarem translationem.) Ut potius in ſummam laberentur barbariem. Quid enim aliud eveniſſet, niſi ut per hanc translationem Barbaris quos vocant anſam præberent, ut magis magisque barbariem ſuam excolerent. Num melius fatum expectandum Græciæ inde eſſet eo, quod Caraimanitis accidit, qui cum ante trecentos annos Græcâ uterentur linguâ hodie ne vocabulum quidem amplius Græcum proferre poſſunt. Fertur enim inter illos traditione majorum hujusmodi hiſtoria: Cum Saraceni, vel Turcæ, ſi mavis, Aſiam minorem, Cæſaream, Ancyram, Trapezuntium, aliasque urbes Orientis ſuæ ditioni ſubjeciſſent viderentque Chriſtianos, non tam de libertate patriæ, quam cultu religionis ſolicitos eſſe, ideoque ſtrenuè ſe defendere; Juſſu Sultani factum, ut in qualibet domo Chriſtianorum unus alterve habitaret miles, illosque in ſua informaret lingua: Quod ſi quis Chriſtianorum recuſaret, velletque Græcè cum familiaribus ſuis loqui, capitis pœnam ſolveret; Ita illorum infantibus ſcholam ad hanc linguam addiſcendam exſtruxit, ratus prorſus id inde reſultaturum eſſe, quod tamen tantum ex parte ſucceſſit. Exiſtimabat enim, quod ſi infantes Turcicam linguam properè addiſcerent, omnes autem ſub pœna capitis prohiberentur Græcè loqui, exiguum poſt temporis ſpatium & linguâ Græcâ planè

inter

inter illos extinctâ & ſacris ob ignorantiam idiomatis profanatis, facillimo negotio iis in Mohamediſmum converſis ſociisque receptis, ipſum facilius longè & alias Græciæ provincias ſub poteſtatem ſuam redigere poſſe. Et lingua quidem Græca inter illos plane deleta hodieque extincta eſt, attamen cum multis minis variisque ſuppliciis Chriſtianam religionem extinguere non valeret, illos *Caraimanlii* nuncupari juſſit, i. e. atræ & tenebricoſæ fidei homines; quod metaphoricè apud Turcas homines fidei ſuæ tenaciſſimos denotat. Hiſce ſanè gratiſſimam rem Anglifecerunt, quòd nov. Teſtament. in linguam Turcicam translatam ediderint. Cum enim Græcam linguam ignorent, Græcæ tamen religioni addictiſſimi ſint, & ſacra officia iis & novum Teſtamentum in Turcica lingua conſcriptum, cum in Aſia, tum Conſtantinopoli, in Parochia S. Conſtantini verſus ſeptem turres, & portam Hadrianopolitanam, nec non in Valedé-Chan, ubi plurimi hujusmodi mercatores degunt, legi permiſſum eſt.

Neque ingrato animo id Græci ſuſceperunt, neque tanquam profanum rejecerunt, ſed gratias potiùs iis maximas debere agnoſcunt, quod tantum laborem ac ſumtus in ſe ſuſcipere haud gravati fuerint. Hujus rei teſtem, ſi Mylord Paget, per duodecim annos in porta Ottomanica orator ſine pari, in vivis eſſet, meliorem

invenire non poteram; jam autem præter alios Anglorum Mercatores, etiam Dn. Farentinus & frater ejus, Turcicæ linguæ ac Arabicæ peritissimi omni exceptione majores esse possunt. Hi inquam optime norunt, quanta diligentia Græci Cæsarienses & Trapezuntii Mercatores in Valede-Chan, non solum legant, verum & cum textu originali conferre novum Testamentum Turcicum soleant. Nam Deum immortalem testor, me hæccę, quæ protuli, non audivisse tantum, sed hisce meis oculis sæpè apud Choza Anastasium Cæsariensem, & Demetrium Philippopolitanum, Mercatores opulentissimos vidisse! Quem igitur in usum N. T. in Græco-barbara lingua editum est? Ut in pietate Christiana illi melius informari queant? Ast secundum omnium opinionem, qui illa loca petiêrunt, Græci omnium gentium piissimi sunt; quod si id ex eorum scriptis, evidentissimis argumentis probavero, frustra jactata videbitur opinio illa, quam de Græcis Vir quidam Excellentissimus temere magnis characteribus, de Cyrillo loquens protulit ita: „ inter „ ejus Gesta præcipua erat (1.) quod barbariei „ & pigritiæ Græcorum bellum quasi juratum „ indixerit, atque quovis modo fuerit conatus „ bonas literas revocare in Græciam suisque „ Ecclesiis excussis antiqua ruditate & super„ stitione. Quomodo quæso? *Per N. T. in linguam vulgarem translationem?* ut idem autor

§. XIII.

§. XIII. ait? pulchrum me hercle commentum! tolle è Germania Græcam, Latinam, atque Hebraicam linguam, & omnibus Germanicam tantummodo commenda interpretationem illamque non culto ſed Ruſticorum idiomate, atque conſignatam facile conſtabit, utrum ad ſummum eruditionis cacumen Germani ſint penetraturi an v. è contrario, in imam barbariei Abyſſum. Id etiam maxime miror, quod Vir Eruditiſſimus bonas literas vocet communem linguam, qua indocta ac rudis plebs Græcorum ridiculoſe utitur, quamque ipſe ſolus barbaram nuncupat. Sane mihi idem videtur ac ſi Ruſticorum Germanorum linguam, præ cultiori illo Sermone quo politiſſimus quis utitur laudaret. Id quod inſipidum ſane mihi videtur: nam hac non docti ſed ruſtici ac inculti evadimus. Denique neſcio quid illa verba denotant: *excuſſis antiqua ruditate & ſuperſtitione.* Per antiquam ruditatem, videtur hic ſimplicitatem morum & pietatem ſinceram ac ſine dolo, intelligere. Hanc enim â Patribus ſuis acceptam ſemper reſervarunt Græci, ut pluribus infra patebit. Per ſuperſtitionem vero nimium amorem & ſtudium ad excolendam antiquam atque Græcam linguam. Superſtitionem enim putat ſi quis barbara editione & ruſticâ linguâ rejectâ, textum originalem purâque linguâ conſcriptum præeliget legendum. Hoc idem eſſet: ac ſi quis iraſci iis veliet, qui præ-

præferunt aurum plumbo aut argentum ſtanno, vel invideret alicui lectionem Ciceronis eique loco hujus Latiniſſimi, ut ita dicam, ſcriptoris commendaret obſcurorum Virorum epiſtolas. Hæc profecto ſumma eſſet dementia non prudentia. Cyrillus ſanè non ita gentem ſuam in bonis literis informaſſet, quantum, ſi curam geſſiſſet, ut in omnibus Eccleſiis Cathedralibus atque præcipuis oppidis, Scholæ magna cura erigerentur eoque Præceptores Doctiores mitterentur, qui Civium infantibus antiquos ac Claſſicos Autores explicarent, docerentque eos non editionem N. T. vulgarem, ſed linguam antiquam atque puram Græcam iis inſtillando revocarent. In id beatiſſimus Patriarcha Conſtantinopolitanus Callinicus & Doſicheus illorumque ſucceſſores ſtrenue elaborarunt. Idem jam Potentiſſimus Autocrator Moſcorum conatur in ſuo Ampliſſimo regno efficere: ubi jam ante centum & quinquaginta fortaſſis annos & Typographiæ fuere inſtructæ & non ſolum Biblia verum & plurimi S. Patrum in propriam linguam translati editique exſtiterunt, ſed ante hunc prudentiſſimum Regem, non minus plebs barbara fuit, quam aliæ gentes, quæ præter lectionem biblicam nihil norunt boni. Optime, inquam, Cyrillus feciſſet, ſi huic negotio & Typographiæ Conſtantinopoli erigendæ ſuperſediſſet, atque iſtis ſumptibus, quos in hoc periculoſiſſimo negotio

gotio effudit frustra, curasset ut Scholæ per universam erigerentur Græciam, ibique artes liberales & bonæ literæ, non barbara atque corrupta lingua docerentur. Libros typis excusos, ac Classicos Autores Græci ex Gallia, Hollandia & Anglia, si iis indigerent, satis abundanter habere poterant. At B. Cyrillus mihi visus est id facere hac in re conatum fuisse, quod solent infantes, qui si saccharum vel alium fructum videant, avide illum desiderant; quod si illico iis pulcher ac Generosus equus appareat, statim illum conscendere cupiunt, ejectis è manibus fructibus & pomis penitus, non prævidentes quantum illis inde periculi immineat. Idem & hic passus: Summa admiratione captus Doctorum in Europa Virorum, cumque videret solas fermè Typographias tantæ eruditionis occasionem esse factas, illico & ille id facere conatus est, neque injuriis temporum, neque periculis quæ capiti ejus imminebant, prævisis: Laudandi sunt ejus conatus, minime vero ejusdem Viri temeritas & præcipitantia. Quid enim quæso unus privatus Monachus, quales sunt moderni Patriarchæ, contra duos infensissimos Græcæ religioni tyrannos, poterat efficere? Melius inquam fecisset, si Gymnasium Constantinopoli magis magisque excoluisset, ibique à conscribendis libris utrique genti odiosis seditiosisque abstinendo, Socratica quodam prudentia id quam plurimos bonos post se relinque-

ret discipulos allaborasset: Ab una enim altera rave scintilla, magnum imposterum in animis Græcorum incendium studiorum oriri poterat. At ille B. Vir nè hanc gloriolam post ejus obitum præriperent alii, unus non contra duos, quod fertur in adagio, sed contra omnes insurgere cœpit, cujus temeritatis fructum crudelissimam mortem obtinuit. Græci Docti, qui hisce tempestatibus Patriam juvare desiderant, aliam prudentiam, imo astutiam potius dixero, adhibere debent, cujus demonstrandi causa multa hîc eorum afferre consilia possem; sed cum Europæis ac exteris sciam parum prodesse, mihi ea in sinu reservabo; oportet autem promissis stare. Ajebat enim Vir Celeberrimus, supra à nobis laudatus, Cyrillum fuisse conatum ut nova hac translatione Novi Fœderis pietatem Græcis instillaret; nos autem, hac occasione arrepta, conabimur contrarium ostendere. Quod nempe quamvis Græci careant hodieque hâc translatione in barbara lingua, longe tamen majori pietatè præ cæteris gentibus sint præditi; & quidem (quia propria laus sordet) ex infensissimis Græcæ Ecclesiæ scriptoribus id facere conabimur.

CAPUT. X.

In quo breviter de Græcorum pietate agitur.

QUoniam ergo eò devenimus, ut de pietate Græcorum pauca differamus, quo à calu-

calumniis nonnullorum impoſtorum eos liberare valeamus, operæ pretium duximus, primum de illorum perſonis ſacris à quibus tota informatio populi dependet, ex infinitis aliorum teſtimoniis pauca Lectori apponere. Notum quidem omnibus eſt, inter Græcos etiam dari vitam Monaſticam, illosque, qui hanc ſibi arripiunt ſpartam vocari apud Græcos Calogeros, unde vero hoc nomen Cologerus derivetur, videant οφραγιδονοχαργοκομήται, nobis non eſt otium. Eſſe vero horum Monachorum regulam ac ordinem, qui a S. Baſilio nomen habet, quarto jam ſeculo inſtitutum nemo ignorat, qui Canones ejus ſive Aſcetica capita S. hujus Patris leviter inſpexit. Qualem autem & quam duram hi homines agant vitam, quibusque pietatis virtutibus ſint exornati, non eſt ut prolixe tradam meis verbis, quippe uberiorem de iis differendi occaſionem, Dn. Edwin Sandis, Nobilis Anglus in tractatu ſuo de Græca Eccleſia jam dudum præripuit. Ita enim de Græcis Monachis Gallicus illius interpres loquitur. „ Il y a auſſi entr' „ eux un ordre de religieux de S. Baſile, fon„ dateur des Moines orientaux comme S. Be„ noiſt l' a eſtè des occidentaux - - - - Majs „ les Moines Grecs different des Latins non „ ſeulement en la multitude des ordres (atten„ da que les Grecs n' en ont autre, que celui „ du S. Baſile, & les Latins ont ſi grand nombre „ &c.) majs auſſi en leur Converſation & ma-

niere

„ maceratæ ac ſalitæ, panis bis coctus isque ve-
„ tus, ſalſi nonnunquam recentesque piſces, &c.
Dat pira, dat poma, qui non habet cætera dona.
„ Sardanapali vero, qui hoc genere vitæ
„ non ſunt contenti ad admonitionem Luhni
„ aures arrigant: hoc vero bellariorum genus,
„ cui minus ad palatum eſt, neceſſe habet, ut
„ peregre huc abiturus caniſtrum, vario cibo-
„ rum genere refertum, ſi fieri poteſt, ſecum
„ afferat, & eo veſcendi cauſa utatur: & rurſus
„ alibi: Omnium vero, inquit, ac ſingulorum
„ jejuniorum ratio ſi exacte ineatur eaque
„ à reliquis totius anni diebus rite ſubducan-
„ tur, in aperto erit, Calogeros noſtros non
„ minimam temporis partem piis exercitatio-
„ nibus tribuere, & à deliciis atque gulæ irrita-
„ mentis animos ſuos evocare. Illud enim his
„ jejuniis potiſſimum agunt, ut carne regulis
„ vivendi acerbioribus in obſequium & ſacram
„ ſervitutem redacta, mens gravi ciborum pon-
„ dere, quod illam ad terram usque deprimit,
„ ſoluta, ad cœleſtia tabernacula liberius ſe ex-
„ citet rebusque divinis expeditius dedita, ſpre-
„ tis per rigidiſſimas haſce pietatis regulas con-
„ verſationibus, laſciviæque & libidini nuncio
„ miſſo, corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti epu-
„ lo, majori Sanctimoniæ incremento perfrua-
„ tur. Duris hiſce diſciplinæ ritibus, quibus,
„ tanquam ſalutari quadam Medicina, caro pe-
„ tulans coërcetur, & vitio liberatur, prius ini-

„ tia-

„ tiandi ſunt, quam ad divina Myſteria rite „ fruenda admittantur. Non minus autem huc facit de la Croix Regis Galliarum legati ad Ottomannicam portam Secretarius in ſuo tractatu qui de ſtatu Græcæ Eccleſiæ ante quindecim circiter annos Pariſiis prodiit. Is enim de Monachis Græcorum hujusmodi verba facit: „ L' Eſtime que l' Égliſe Grecque fait de „ la vie Monaſtique eſt ſi grande, q' elle la „ nomme l' Etat parfait, egal à celui des Anges „ dons lequel on imite les actions, de Jeſus-„ Chriſt & que c' eſt par elle ſeule, q' on s' eleve „ aux premieres dignitez Eccleſiaſtiques, de Pa-„ triarche, Metropolite, Eveque, & même de „ Curè i. e. Exiſtimatio, quam Græca Eccleſia „ de vita Monaſtica habet, in tantum extollitur „ dignitatis culmen, ut illam, ſtatum perfectum „ nominent, vitæque Angelorum proximum „ putent. Nam quia hæc ſola imitatur vitam „ Chriſti, ideo etiam hac vita homines ad o-„ mnes dignitates Eccleſiaſtiacas ſuos attrahe-„ re ſolent, Patriarchas, Epiſcopos, Metropo-„ litas, imo etiam parochos quandoque. Et „ paulo infra. La vie retirée & auſtere de ces „ Anacoretes, & de ces Reclus eſt admirable, & „ presque inconcevable, & il ſeroit à ſouhaiter „ que les Hermites d' Occident imitaſſent ces „ Orientaux, il n' y auroit pas tant d' abus ni de „ libértinage; majs comme cette regle n' eſt

(a) Vid. pag. 88. §. LVI.

„ point celle qu'obſervent les Religieux Choi-
„ trés, retournons aux Cenobites, dont la vie
„ eſt un autre exemple de regularitè digne d'
„ etre propoſé a tous ceux qui font profeſſion
„ de la Vie Monaſtique. i. e. Auſteritas ho-
„ rum Anachoretarum & incluſorum Mona-
„ chorum, vitæ miranda & planè inenarrabilis
„ eſt! Et optandum foret, ut etiam occidenta-
„ les (id eſt Romanorum) hos orientales imi-
„ tari poſſint, ac non dubium foret quin tot
„ abuſus atque Libertiniſmi ceſſarent. Sed
„ cum hæc vita nonniſi Anachoretis competat,
„ ad cœnobitas nos conferamus, quorum vita
„ alterum examplum iis hominibus digniſſi-
„ mum eſt, qui vitam monaſticam profitentur
&c. Thomas etiam Smithius acerrimus opi-
nionis ſuæ Reformatæ defenſor in plurimis et-
iam ſub Larvâ *Status Eccleſiæ Græcæ hodiernæ*,
hiſtoriam ac defenſionem Calviniſmi ad nau-
ſeam usque nobis propinans Græcorum Mo-
nachos ſequentibus verbis ſummis extollit
laudibus. „ Idem omnium, inquit, tum hic
„ tum alibi degentium *Græcorum Monachorum*
„ inſtitutum, eadem vita vere Aſcetica, ut vel
„ priſtini, qui Monachis neutiquam cedere vi-
„ deantur. Nemini hic otio & deſidia torpe-
ſcendum eſt &c. quibus ibi ſumme applaudit.
pag. m. 72. & ſeq. Male igitur illi faciunt qui
Græcorum Monachos cum Romano-Catholi-
cis

(*a*) Vid. Cap. XXVII. pag. 83. & 85.

cis confundunt, atque utrosque eisdem convitiis excipiunt. Nam Romanorum Monachos multis parasangis â Græcorum Monachis distare præter Edwinum Sandis (α) etiam catholicissimus de la Croix omni exceptione major testis est.

Ex istis omnibus facillime cuique patet, quam sanctam, quamque piam hi Græcorum Monachi, â quibus, ut supra de la Croix fatetur & alii omnia officia Ecclesiastica geruntur, vitam degere soleant. Nec impedit quidquam hæc eorum aspera vita, quin centesimum quandoque annum, & quod excurrit, feliciter attingant: quod alterum eorum castitatis & pietatis exemplum evidentissimum est. Eadem enim & austeritate & longævitate, ut ita dicam, vitæ, cum (β) Antonio & Ægypto, Sanctissimis Heremitis, præditi sunt Græcorum Monachi, id, quod, præter Ricautum, qui de Longævitate Monachorum Græcorum in libello suo de statu Græcæ Ecclesiæ ita loquitur: „ Temperantia horum Monachorum, quæ omnium „ morborum scaturigines tanquam altera pa„ nacæa eradicare novit, vitam illorum longis„ simam beatissimamque reddit: Præsertim „ cum nullum commercium habeant fœmina„ rum. Vidi enim in Monasterio quodam in

(α) Vid tractatum cujus titulus: Relation de l' estat de la Religion &c. cap. XLII. (β) De horum vita & gestis vid. Differt. de Monach. Georg. Greenii Witteberg. An. MDC LXXII. habita.

„ Insula Cypro, quod ducentos circiter Mona-
„ chos habuit, ubi frater quidam Laicus me
„ certiorem fecit; se centum & novemdecim
„ numerare annos, & ne videatur me calculo
„ suo fallere, mihi captivitatem Insulæ Cypri,
„ & circumstantias accuratissime exponebat;
„ ex cujus captivitate ad tempus illud, centum
„ & septem præterfluxisse annos comperiebam,
„ illumque fuisse puerum tempore captivitatis
„ Insulæ, duodecim annorum, &c. & paulo in-
„ fra: Ajebat se denique tota sua vita nunquam
„ carnes degustasse patrem vero ejus vixisse an-
„ nos octoginta avum autem CLVIII. anno-
„ rum extremum obiisse diem. Etiam Luh-
nius quoque in supra laudata Dissertatione
sequentibus extollit encomiis: „ Ad vivendi
„ Calogerorum genus quod attinet, durum
„ illud est, atque tam rigidum, ut humana na-
„ tura isti perferendo vix par esse videatur. Ad
„ senium nihilominus summum maximam par-
„ tem aspirantes, non sexaginta tantum, vel
" octoginta annos superant, sed non raro cen-
" tesimum, & quod excurrit, annum feliciter
" attingunt. Causam hujus arcessunt, à conti-
" nentia & abstinentia, quod parci sint in victu,
" & alienos à Toro animos habeant. Quale
" vero hoc institutum sit, quamque ipsis com-
" mendatum, illi rectius dijudicabunt, qui vi-
" tam eorum ac disciplinam propius inspexe-
" runt. Nam à carnium esu se abstinent, non

nisi

" niſi piſcibus, eruca, eleoſelini radicibus, porri " bulbis, cucumeribus cepis, allio, olivis, nu- " cibus aliisque arborum fructibus, vel herbis " veſcuntur, vinoque ad potum adhibito, pa- " nem atrum atque bis coctum comedunt. " Omnia hæc tam modicè cum caſeo, buty- " ro, aliisve lacticiniis ſumunt, ut nunquam fi- " nes aureæ mediocritatis excedant. Præterea jam cætera horum Monachorum encomia a- pud alios autores paſſim inſerta. Ex iſtis au- tem Monachis ad omnia officia Eccleſiaſtica gerenda eligi, patet tum ex aliis, tum ex ſupra prolatis de la Croix verbis. Quare nolo jam de vita Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Me- tropolitarum, Abbatum, aliorumque Præla- torum mentionem facere, quippe cum conſtet ex iſtis ad hæc officia eligi, fieri non poteſt, quin eadem vita & mores, & pietas quibus in Mo- naſteriis à juventute ſua imbuti fuerint, ſem- per in animis ipſorum hæreant. Nam Nicolas Nicolai Pariſiis Regius Geographus, in libro de peregrinatione ſua, pauciſſimis verbis totum illorum ſtatum ac pietatem modeſtamque eo- rum vitam, ſole meridiano clarius illuſtravit, ita dicens: " Quatuor ſunt Patriarchæ (Græco- rum) diverſis in provinciis collocati &c. Quo- " rum primarius ac ſuperior exiſtimatur Con- " ſtantinopolitanus &c. Omnes tamen neque " panno pulchriori, nec auro, neque purpura, aut

(x) Vid. pag. 82, §. XLII.

" aut alio pretioſo habitu ſunt ornati, viyunt " autem ſumma ſimplicitate & modeſtia vi- " tæ, proque ſuſtentatione vitæ libris& ha- " bitu, non plusquam ducentos ducatos au- " reos per annum habent; hancque ſum- " mam pecuniæ, Eccleſiæ ipſis & Chriſtiani, " quibus præſunt, diſtribuere ſolent. Veſtes " iſtorum neque lautiores neque ditiores ſunt " veſtibus ipſorum Monachorum, qui Calogeri " nuncupantur, niſi excipias, quod Patriarchæ " loco pretioſæ Tiaræ, aut triplicis coronæ in " capite, pileum ex lana gerant, in illoque liga- " tura quadam transverſim ex auro crucis inſtar " exſtat (Nota & hoc abhinc annis L abolitum eſſe cum gerant jam eandem mitram, quam cæteri Monachi.) Neque hoc ideo mutatum fuiſſe aliquis conjiciat, quod ob paucitatem paupertatemve Eccleſiæ ſuæ membrorum, in ſigne illud deponere fuerint coacti. Nam Petrus Bedon primo Libro obſervationum ſuarum in Græcia atque Judæa; Vir alioqui Romanæ Eccleſiæ addictiſſimus, nos certiores facit: Græcam Eccleſiam multo majorem eſſe Latina; ſed ad imitationem potius paupertatis & ſimplicitatis vitæ Dn. noſtri Jeſu Chriſti, moderni Græcorum, quos alias barbaros vocant & rudes Theologi, cæteras omnes gentes pietate ſuperare annituntur. Sed hæc de Monachis dixiſſe ſat eſt.

Jam ad Clericos illorumque pietatem, quos ſeculares vocant, redeamus, de quibus non

non eſt opus, ut multa dicamus: Quippe facile Lector eruditus colligere poteſt, hos non minus pietate eſſe ornatos, quam illos, à quibus hi deſcendunt, ut ſupra à nobis laudatus nobilis Anglus Sandis, teſtis autoptes, hiſce notavit verbis: „ Ces Conducteurs de l' „Egliſe ſont en un continue & merveilleux „ſouci & angoiſſe pour leur perſecutè trou„peau, &c. Quæ ibi ſequuntur piiſſimè. Vide plura adhuc circa finem libri illius de ſtatu Græcæ Eccleſiæ & ſequentia ſuperaddita: „Ceus bons paſteurs Grecs, ſont en perpe„tuelle tranſe & ſollicitude, qu' ils ne ſe ren„de au turciſme, qui les alluhe a foi par tou „les attraits de plaiſirs, de libertè & de gloi„re mondaine, en ces agoniſes ils n' ant au„tre remède, que la vertu deleur propre „exemple en toute conſtance, patience, & „perſeverence, & a eviter de donner aucun „ſcandale ou peuple. i. e. Boni illorum Cle„rici perpetua ſolicitudiue ſunt occupati, ne „in turciſmum delabantur, cum illos Turcæ „variis hujus mundi ac libertatis deliciis alli„cere ſoleant. In quo agone nullum aliud re„medium habent, quam propriæ virtutis ex„emplum, quare ne populo ſcandalum dent, „omnem conſtantiam, patientiam, atque in fi„de perſeverantiam adhibent. Hic ſane Nobiliſ. Sandis dubitat, num eadem etiam de aliarum gentium clericis dici poſſint, & Maximus

ximus Peloponn. in ſupra memorat. Tractat ad Europæos verba faciens : Si, inquit, vos ſub hoc tyrannico jugo eſſetis conſtituti, fortè omnium primi magni Theologi, deincepſ reliqui Mochamedanam religionem amplecterentur, ut nobis quotidie hic experientia de converſione veſtrorum conſtat. Vid. Cap. XXXII. pag. 123. Hiſce plura adhuc piorum Virorum teſtimonia addere poſſem, ſed ob pretioſam temporis rationem anguſtiamque pagellarum facile hiſce impræſentiarum contenti erimus ; Quare quia jam ordo laicos tangit, etiam ad illorum pietatem & mores nos accingamus. De quibus Dn. Sandis de Stat. Græc. Eccleſ. ita loquitur : „ Et pourtant, comme c' eſt une choſe geneule, & bien verifiee par l' experience, qu' en toutes Religions, les affligés pour les plus ſont gens de conſcience & ſincerité ; Sauf lors que les eſperances les ſont de ſuoyer : Auſſi peutnon remarquer, que le Grec, qui de ſon naturel eſt ſuperbe, intemperant, cauteleux, fraudeleux & ſeditieux, en toutes ſortes de gouvernements eſt a preſent devenu humble, obeiſſant, pacifique, & en ce qui concerne le ſervice de Dieu, ſe demonſtre beaucoup plus devot que le Romaniſte, en quel que lieu que je l' aye veu &c. Et jam ſæpe à nobis laudatus Luhn. „ Illud, inquit, admiratione non caret, *Græcorum*, quod licet

licet duris his modis excrucientur, & Christi doctrina parum instructi sint. Pauci tamen animum inducant, profanos ac impietate nefandos Mohamedis ritus amplecti. Solennis forsan festorum jejuniorumque frequentia obsistit, & prohibet, quo minus universus, & qua late patet, docens à Christi doctrina desciverit, sed in sacris constanter retinendis defixus fuerit, omniaque servitutis mala ad hunc usque diem tolerat. Festos etenim dies, in quibus potiora Dei beneficia non absque veneranda ceremoniarum pompa, grato animo certatim commemorantur, mentibusque imprimuntur, religiose admodum colunt, & Apostolorum aliorumque martyrum crucibus, equuleis, flammis, & variis, quæ pii olim perpessi sunt, tormentis ita corroborantur, ut ipsam mortem vel centies appetere, quam ad Turcicam impietatem delabi malint. &c. Cum tamen aliarum gentium hominibus, contrarium evenire soleat, ut supra capite tertio nostri Tractatus circa finem clarissimè ostendimus. Quid? quod vel ipsemet Græcorum ἀνανδρος ἐχθρὸς Leo Allatius Græcorum secularium, summam pietatem denegare non fuerit ausus. Ita enim in Tractatu quodam de iis loquitur: "Quod mireris homines etiam se-"culo addicti, & mulieres abstinentias & je-"junia, monachis & similis sortis hominibus,

à Patri-

" à Patribus præscripta, ita amplectuntur, at
" que iis obligantur, ut ab iis vel minimum
" quidem unguem recedere piaculum illis sit.
" Quare in tota Græcia ferè secularium homi-
" num ac monachorum vitæ institutum, si uxo-
" res subtrahas, à quibus monachi, ex præce-
" pto abstinent, quoad omnia unum idem-
" que est. *vid. libr. de libris & rebus Græcor.*
Equidem ab adversariis quibusdam hæc omnia
saltem exteriorem pietatis speciem præ se fer-
re existimare non ignoro, nos autem, an hæc-
ce ita se habeant, nec ne, Deo, qui omnium
conscientias novit, relinquimus judicandum,
hisce tamen miserrimis homuncionibus, id in
aurem dictum volumus : Ἔδει καὶ ταῦτα ποιῆσαι,
κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι! ut inquit Salvator noster.
Præter autem supra laudatos, testis de la Croix
quoque haud spernendus accedit. In tracta-
tu enim suo de Græca Ecclesia : (α) " Les
" Grecs inquit sont fort soumis à leur Eglise.
" de la quelle ils observent inviolablement tous
" le commandemens, assistent regulierement
" tous le Dimanches, & les fetes à office Di-
" vin, prient & jeunent avec un grand exa-
" ctitude. Ils imitent autant qu' ils peuvent
" les usages de la primitive Eglise, ecoutent
" tres volontiers ceux, qui leur rompent le
" pain de la parole, suivent les pasteurs, qui
les

(α) Vid. Cap. VI. circa finem.

"les veulent ramener aubercail &c. Græci "inquit, Eccleſiæ ſuæ maxime addicti ſunt "ejusque ſingula mandata, ferias Dominicas, "ac divinorum officiorum feſta, magna ob- "ſervant diligentia, preces ac jejunia exactiſ- "ſime perſolvunt. Mores ac conſuetudinem "primitivæ Eccleſiæ pro virili imitantur, & il- "los, qui nutrimentum verbo DEI iis propo- "nunt, lubenti auſcultant animo? Sacerdotes "ſuos ut oves paſtorem ad ovile ſequuntur. &c. quibus ſibimetipſi contradicere videtur. Græcos vero hujusmodi jejunia non ut pleniſſimè de peccatis ſuis ſatisfaciant peragunt, ſed veſtigia Chriſti, Apoſtolorum atque SS. Patrum ſequuti has pias exercitationes inſtituerunt, quod præter (α) Metrophanem, perbelle ὁ νῦν ἐν μακάρων Wolffg. Gundlingius notavit dicens: "Abſit hoc, ut exiſtimes, "Græcos in ea eſſe opinione, ac ſi his pieta- "tis exercitiis remiſſio peccatorum poſſit im- "petrari. &c. Ac ſtatim ut fidem verbis ſuis faceret, adjungit Metrophanem olim Proto-ſyngelum Conſtantinopol. inpoſterum Patriarcham Alexandriæ factum: Et alibi de la Croix: (β) "Les femmes ne ſe melent point

(α) Vid. Cap. X. Confeſſ. ejusd. pag. m. 104. &c.
(β) Vid. Tract. cujus titul. Euſtratii Joh. *Zie-lowski* brevis delin. Eccleſ. Oriental. Græc. pag. 95.
(γ) Vid. cap. VIII. pag. m. 23. de ſtat. Græc. Eccleſ.

" point avec les hommes ; elles se retirent dans
" les Galeries autour de l' Eglise, ou a une tri-
" bune fermee de falousies ou on ne les voit
" point, afin d' empecher la distraction, le
" scandale & le mouvais usage, que l' on fait
" frequemment de nos Eglises, qui ne se ren-
" contre point che les Grecs lequels sont tres-
" atentifs à l' office, qui se chante presque tout
" èn Grec vulgaire. Fœminæ inquit se viris non
" solent immiscere. Absondunt enim se in
" porticibus, qui circa templum sunt, aut in
" loco editiore clathris ac claustris circumdato
" ubi nemo Virorum illas videt, ut ita impe-
" diatur distractio, ac scandala pravique mores
" evitentur, quæ frequenter nostris in templis
" accidere solent ; ubi fœminæ non ut apud
" Græcos à viris separari solent. Sunt enim
" illæ maximæ attentæ in sacris officiis, ac si o-
" mnes & singulæ una lingua & mente officia
" canerent, & rursus: " (β) Ne faut-il pas a-
" vouer apres le de tail de ces austeritez, de
" quelle les Occident aux sont incapables, vis-
" qu' ils faussent souvent un careme & des jeu-
" nes fort doux, que l' ignorance de ces pau-
" vres Orientaux est digne de compassion, &
" merite un redoublement de zele à Cultiver
" la belle disposition qu' ils ont de recevoir une
" parfaite instruction &c. Tacebo, inquit,
" jam cæteras singulares austeritates illius ab-
stinen-

(α) Vid. cap. XI, circa finem.

ſtinentiæ, ad quos ſuſtinendas occidentales haud capaces inveniuntur, imo vero etiam ſæpenumero quadrageſima ac valde temperata jejunia, recuſant obſervare, quamobrem ignorantiam miſerculorum orientalium commiſeratione dignam exiſtimo, duplicique zelo meretur, quo hæc pulcherrima illorum diſpoſitio excoli deberet, ut perfectam aliquando inſtructionem recipere poſſint. Et paſſim plura. Non autem levioris momenti etiam Nobiliſſimus Ricautus argumenta hac de re nobis ſuppeditare videtur. In præfatione enim libelli ſui de ſtatu Græcæ Eccleſiæ ſequenti modo Græcos in cœlum usque extollit. " Car les jejunes & les Carêmes ſont d' une grande efficace pour l' avancement de la piete & je ſuis fort eloigne d' en condamner l' obſervation Leur antiquite ſuffiroit ſeule, pour les rende vénerables, puiſque l' inſtitution en eſt des temps Apoſtoliques. l' ay toujours eſtimè d' ailleurs, qu' ils ſont d' une puiſſent ſecours dans decadence de la diſcipline, & contre le de reglement de moeurs : C' eſt une benediction de Dieu, que de ſemblables auſteritez, ſe conſervent parmi les orientaux ſe ſont des frems, qui les empêchent de ſe precipiter dans le libertinage & la debauche & dans les autres excés par la ils reçoivent de temps en-temps les impreſſions de la Religion. Tant qu' ils ſont ſcrupule de manger

meme

" meme en ſecret, les choſes, qui leur ſont dé-
" fenduës &c. Jejunia, inquit, atque quadra-
" geſima magnam ad pietatem viam ſternere
" ſolent; quare minime hujusmodi obſervatio-
" nes damnare poſſum. Si enim originem illo-
" rum argivis inſpiciemus oculis, ſat ſuperque
" indicii habemus, quo jejunia venerari poſſi-
" mus, quippe plurima ab ipſis Apoſtolis ſint
" inſtituta. Hæc ego ſemper plurimi feci, ut-
" pote adjumentum ad bonos mores ac Chri-
" ſtianitatis diſciplinam infallibile. Magna ſanè
" benedictio Dei eſt, quod inter orientales hæc
" omnia accuratiſſimè obſerventur. Hæc ſunt
" illorum frenum, ac regula, quibus illi ad vir-
" tutes reguntur retrahunturque ne in Liber-
" tinismum aliorumque vitiorum exceſſus de-
" labantur! Hiſce illi firmam religionis Chri-
" ſtianæ ideam concipiunt. Nam ita exactè hæc
" omnia obſervari ſolent, ut ne quidem clam
" quicquam illorum, quæ iis prohibita ſunt,
" comedere audeant &c.

Plura adhuc & clariora ex aliis huc adducerem teſtimonia, niſi & hæc ſat ſuperque Lectorem benevolum convincere poſſent: Græcos etiam ſine Bibliorum in barbaram linguam translatione, pios atque devotos eſſe poſſe. Ut taceam, quod apud Ruſticos Græcos, ſi cui peregrino pernoctare forte contingat lacte, butyro, caſeo, & forte pullo gallinaceo. Teſte Jacobo Sponio in itinerario ſuo, & poculo vini gratis

gratis frui possit, cum pluribus in locis Europæ apud Rusticos pro decem cochlearibus lactis, tres, quandoque quinque crucigeros solvere cogantur peregrini, ut non absque causa idem Sponius, Med. D. de suis conqueratur rusticis dicens: dieses erinnerte mich der Unhöflichkeit der meisten Bauren in unserm Lande/ welche denen/ so sich bey ihnen des Wegs halber erkundigen/ kaum das Angesicht gönnen. Et paulo post: ut taceam jam, quod cum sæpe herbatum profectus viam aberrarem illamque à rusticis hisce scisciterer, nonnisi ad lambendas nates eorum invitatus fuerim; at Rusticorum Græcorum pietatis, erga peregrinos, si Doct. Sponium relinquam, qui in laudes eorum fusior est, CHRISTOPH FURER, cujus merita jam supra laudavimus, egregium sane testimonium præbuit, dum pastorem quendam introduxit, qui aberrantem postquam lacte, butyro aliisque pastoralibus deliciis refecerit, ouile suum relinquere, plus milliari itineris cum hospite proficisci atque eum in rectam viam ac tutam ducere gratis, non recusavit. Græcus sanè Rusticus impium duceret, si pro poculo lactis aut frustulo panis cum caseo, aut alterius generis alimento, quod ipse non emerit, sed ex propriis agris & pecoribus acceperit, pretium à viatore postularet. Cum tamen apud alias gentes ut sæpe observavimus, Doctores quotidie queruntur, ubi tot piæ

dantur exercitationes, tot concionum admonitiones indies habentur, tanta librorum copia qui ad bonos mores & pietatem augendam faciunt, eadem vel similia non exhibeantur. Quare Gio-Anton Pazzaglia Vir Catholicissimus ad Equitem quendam Gennuensem Illustrissimum non absque causa ita conqueritur. " Nel dar di piglio alla penna per scriverê â V. " S. Illustrissima la presente Lettera, non posso " far dì meno di non riflettere allo scandaloso " abuso tanto nella nostra Italia, quanto in " Francia, di portar così poco rispetto alla casa " di Dio, e di servissi delle Chiese, non per luo- " ghi di divotione; ma per Ridotti di Traffichi " illeciti, e ben spesso peccaminosi; & paulo " infra: Oh Dio! Chi vi và per usanza, e chi per " ostentatione; chi per sentirvi la musica, e chi " per cercarvi l' amico, per non dir altra Per- " sona, e poi con qual devotione, e modestia " si sta la dentro? L' uno volta le spalle all' Al- " tare per star discorrendo col suo Vicino, l' al- " tro interrompe la Messa â forza, di ridere, e " sbadigliare; e l' altro fa un Letto della Banca, " & Inginocchiatojo; mentr' in vece di star at- " tento alla parola di Dio, quando si predica, se " ne stà tranquillamente dormendo: Non par- " lo poi di quelle Persone, che vi rubbano, " fazzo letti, è vi tagliano le borse; perche tal " Gente non hàne Legge, ne Fede; ma dirò sola-

Vid. Episc. V, de statu Reip. Sangallens.

" ſolamente di certe male dette Vecchiarelle,
" che ſi ficcano in una chieſa ſubbito che ſi apre,
" e vi ſi fermano ſin' a me mezzo giorno, colla
" corona alla mano maſticando Pater noſtri, mà
" all' entranche vedono, qualche honorata Ma-
" trona, e Fanciulla procurano d' introdur ſeco
" qualche diſcorſo, e coſi bel bello le portano
" dell' ambaſciate amoroſe, & paulo infra: ed
" a tutte le Firan ceſi, che van no nella caſa di
" Dio col petto ſcoperto e concerti habiti coſi
" laſcivi, come s' andaſſero al Ballo, od al Te
" atro. i. e. Exarans has literas ad Te vir Illu-
" ſtriſſime non potui, quin ad ſcandaloſum
" abuſum, tum Noſtræ Italiæ tum Galliæ, me
" reflectorem: ubi tam exiguis reſpectus Eccle-
" ſiis Dei tribuitur, quibus non, ut locis devo-
" tionis utuntur, ſed quaſi in popinis eſſent ad
" illecebras atque peccaminoſas res abutuntur.
" & paulo infra, Proh Deum immortalem! alius
" ex conſuetudine, alius oſtentationis cauſa,
" alius ut muſicam obſervet, alius ut amicum
" conveniat, ne dicam amicam, templum pe-
" tit; deinceps quâ modeſtiâ ac devotione ibi
" conſiſtunt. Hic dorſo verſus altare compo-
" ſito, amicis ac vicinis colloquitur; ille riſu
" atque cachinno ſuo interrumpit ſacra officia;
" iter ſuffultus cubito ſella, quaſi verbo divi-
" no attentus eſſe vellet, tum concio habetur
" ſomno profundo fruitur. Jam non dico de
" iis hominibus, qui ſudaria ibi furantur, qui-

" que marſupia tangere ſolent. Hujusmodi " enim homines neque legem neque fidem ha- " bent. Sed ſermo de iis maledictis vetulis " eſt, quæ â ſummo mane in ſeram meridiem " usque in templo fixæ, maſticantes orationem " Dominicam, roſarium manibus volvunt, ſed " viſa matrona quadam aut virgine, ſermones " ſecum ut ineat allaborant, & ita Venereas " Legationes commodiſſime obeunt. Et in- " ferius: præſertim Gallicanæ Fœminæ, inquit, " quæ templum aperto pectore laſcivoque ha- " bitu induti, quaſi ad Choreas aut Theatrum " abeant petere ſolent. Verum enim verò utinam hæcce tantum de Gallis & Italis dicenda eſſent, aſt proh dolor! invidiam vereor; alias plura adhuc de cæteris gentibus haberem dicenda. Et tamen Græci â tot viris ob pietatem maxime laudati, â Joh. Fechtio, impii, barbari, ignarique nuncupantur. Vitia gentis ſuæ prius Fechtius corrigere deberet, deinde, ſi cauſæ ſatis haberet, in alios debacchari, ut fecit prudentiſſime Anton. Pazzaglia. O vanum verò nonnullorum ratiocinium! rudes artium ſunt Græci; ideo omni pietate exuti exiſtimandi quaſi vero eruditio & pietas pari ſemper paſſu ambularent; at aliter penitus rem invenimus. Nulla enim ſane eſt hæc conſequentia: Eruditus eſt, ergo pius, aut vice verſa. Nos de Græcis multa pietatis indicia ex aliorum teſtimoniis adduximus (multa negle-

ximus, ne videamur propria nimis laudare) qui oculis ſuis rem contemplati ſunt. Dn. vero Fechtius de ſuis neſcio an paria proferre poſſit, niſi forte Typographias, multitudinem librorum atque Studioſorum frequentiam crepet; ſed quid juvat abundantia Librorum & ipſa Sacra Scriptura in vernaculam linguam translata, niſi aliqua ἄνωθεν ad pietatem adſit diſpoſitio; niſi quod ad majus crimen, & juſtum Dei Judicium Lectores ſuos ut reor, provocet. Cum enim, verbum Divinum quotidie manibus ferant, torque audiant conciones, pauci tamen meliorem vitam inſtituere cupiunt. Ut taceam jam abuſum horrendum, quoties nempe S. Scripturarum Fragmentis ad ἀφεδρῶνας ſuos emungendos utuntur. Scio equidem à quibusdam hæc ſuperſtitionem vocari, animus tamen meus ſemper hanc impietatem averſatus eſt, & quandocunque in memoriam revoco, me ſæpiſſimè Sanctiſſimum Trinitatis nomen in hujusmodi ſordidis locis inveniſſe, ita animus pectore coanguſtatur, ut deliranti ſimilis videar. Deus immortalis à me penitus avertat hanc ſummam irreverentiam atque impietatem! Sed quia de Jejuniis Græcorum, quæ etiam pars devotionis, multi multa ſcripſere, illaque alter huc, alter illuc trahere conatus eſt, nos quoque è ſuperiori capite arrepta occaſione, de iis ſequenti capite nonnihil dicemus:

CAPUT IX.

De Jejuniis Græcorum levis responsio.

DE Jejuniis Græcorum de la Croix huncce in modum verba facit: "Scopus inquit, Jejuniorum ac abſtinentiæ Græcæ Eccleſiæ non eſt tantum ut carnis ineptias ſupprimant ſpiritusque aggravatos, ac verſus terram vergentes ad Deum ſublevent, verum etiam ut populum in puritate religionis, deſtinata ac auſtera quadam regula contineant. Nam horum omnium Græci ita ſuperſtitioſi ac pertinaces ſunt obſervatores: (ut decet obedientes Eccleſiæ filios) ut ſi quis vel minimum neglexerit, enormis ac irremiſſibilis criminis reus cenſeatur, attamen Græci nunquam hac auſteritate ſeſe gravati conquerentur. Hiſce non abſimile, quid ex M. Luhnii Diſſertatione ſuperiori capite quoque in teſtimonium vocavimus. Et ſanè quamvis Luhnius de Jejuniis tantum Monachorum Græcorum verba illa fecerit, nemo tamen etiam ex ipſa Græçorum plebe eſt, qui non quadrageſimorum & aliis anni temporibus ſacram accedat cœnam duabus prius ad minimum ſeptimanis, ſemel de die aqua & fruſtulo panis ſumma cum animi devotione nutritus. Non dicam jam etiam illam conjugalem venerem penitus hiſce temporibus frigeſcere, & plane gelu obductam, æſtuan-

Cap. XI. de ſtat. Græc. Eccleſ.

æstuantes fructus propriis terminari limitibus. Sed quia nonnullis delicatulis, (vel potius voluptuosis dicam & Sardanapalis) Epicuream vitam hisce in terris agentibus ardua ac aspera admodum hæc vita Græcorum est, spernitur atque contemnitur non aliter quam uvæ in altum suspensæ à vulpe illa Æsopica; adeoque inter summas Græcorum superstitiones, & hanc unicam esse existimant. Ast horum adversarii mediocritatis virtutem quærentes, toto aberrare mihi videntur cœlo. Mea quidem opinio mihi optime tritum illud persuasit, quod plenus venter non modo non studeat, verum neque oret libenter; Ajunt quidem virtutem coactam, non esse virtutem, & longam consuetudinem alteram esse naturam. At Græcos liberrimo animo jejuniorum ac austeritatum harum gravamina sufferre. Dn. de la Croix hisce exprimit verbis: *& ni murmurent jamais de leur rigueur* i.e. nec quidem de tanto rigore jejuniorum conqueruntur. Ricautus autem in plurimis, mori malle Græcos; quam commestione ovi, vel pulli, tempore jejunii sanitatem e gravi recuperare morbo. Nulli quidem Græcorum non constat canon LXIX. Apostolorum, in communem linguam translatus, qui ita sonat: (α) ὅποιος ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης δὲν νηστεύει

(α) Vid. Horolog. Græc. pag. m. 675.

ςέυει τὴν ἁγίαν τεσσαρακοςὴν ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν, ὅλου τοῦ χρόνου, ἔξω νὰ ἐμποδίζεται μὲ σωματικὴν ἀσθένειαν, νὰ εἶναι καθηρημένος, καὶ ἂν εἶναι λαϊκὸς νὰ εἶναι ἀφωρισμένος. i. e. " Quicunque Episcopus vel " Presbyter, vel Diaconus, vel Hypodiaco- " nus, vel Lector, vel Cantor, per quadra- " gesimale tempus, item die Mercurii & Ve- " neris totius anni non abstinet à carnibus, ni- " si sit valetudinarius separetur ab Ecclesia, & " si sit Laicus, excommunicetur à consortio " Christianorum. Certè experientia constat, Hadrianopoli Virum nobilissimum Cara Johannem, Hæmoptisi mortuum citius, quam ut radicem Symphyti, Tormentillæ, herbas Majoranæ, Pimpinellæ, Portulacæ, Plantaginis, Pulmonariæ, Pilosellæ, flores Borrhaginis, Buglossi aliorumque adstringentium, quæ in hoc casu à medicis præscribuntur, in jusculo pulli diebus quadragesimæ assumeret, etiam illo Episcopo concedente; non aliter, quam honesta virgo in nimia suppressione mensium, irritis aliis remediis, cum concubitus affirmante Hippocrate, summum sit remedium, mortem honestam præ hujusmodi turpi remedio, eligit. Etiam illud Dn. Ricauti sat mirari nequeo, quod circa finem Cap. V. de Græcorum jejuniis. " Illos, in- " quit, qui in Italia & inter Latinos studiis operam

" operam dedere, exemplo Latinorum non du-
" bitare, etiam Græcam Ecclesiam posse circa
" carnium usum dispensare diebus quadragesi-
" malibus. Hoc sane calumniarum potius quam veritatis speciem præ se fert. Nam Ecclesia utraque à supra citato qui ad Apostolos refertur, Canine, facultatem dispensandi obtinuit, nisi quod Græci casu necessitatis eam admittant, Latini verò ad nauseam usque hac dispensandi potestate abutantur. Nam per totam Italiam nullus est medicus, qui quod hanc attinet potestatem non pari passu cum summo ambulet pontifice. Quare multos invenies inter Romano-Catholicos, qui aliquem morbum, vel corporis, vel crumenarum fingant, quo palam in quadragesimo carnes devorare queant. Hoc quoq; in illis locis non caret admiratione, quod cum suis concedant carnium esum, non idem peregrinis ac alienis abs religione Romano-Catholica largiantur, nisi prius ficto morbo quodam à medico veniam accipiant, ac ita pari modo cum incolis etiam peregrini mentiantur.

Malè igitur jejunia Græcorum cum Romanensium confundere nonnulli solent. Nam tantum Latinorum à Græcanicis jejuniis distant, quantum terra distat à pulchritudine & magnitudine solis, umbræ sunt respectu corporum. Neq; quidem consuetudo hanc austeritatem jejuniorum Græcis leviorem reddere ut nonnulli sibi imaginantur, ullo modo potest.

Nam experientia magiſtra optime nobis conſtat, quod ſi una ſeptimana carnes ſeponas, atque oleribus, aqua & pane veſci velis, ut omnibus ferè quadrageſimis faciunt Græci, facile conſtabit, quam moleſtum ſit futurum; ſi non in aliquem morbum incides. Mutatio enim ſubitanea omnibus in rebus, monente divino Hippocrate, valdè noxia. At Græci non aliter hæc omnia tolerant, quam prudens æger diætæ à perito medico præſcriptas regulas. Neque ſpe futuri gaudii & laxioris vitæ, ut vult Ricautus & alii plures cum illo; ſed ſpe pleniorem remiſſionem peccatorum ſuorum obtinendi, quo puriori animo ad communionem agni accedant, qui pro nobis peccatoribus, non ſolum jejunavit, verum & proprium ſanguinem effundere non dedignatus eſt. Ricautus verò ita pedem ſuum offendit, ac aliis hac in re idem faciendi anſam præbuit, ut capite ſupra citato hujusmodi nugas neſcio unde commotus proferret: "Auſteritatem, 'inquit, jejuniorum ſuorum ſpes futuræ diſ-"ſolutionis vitæ, quam durantibus feſtis ad-'hibere ſolent, maximè mitigat atque com-,"peſcit. Revera in tantam mutationem de-"veniunt, ut facile pateat hujus populi in-"conſtantia. Feſta enim non aliam ob cau-"ſam celebrant, quam ut ſe omnes gaudio ac "voluptatibus dedant, ac ſi vellent id com-'penſare, quod antehac temperantia ſua tole-

rarunt,

" rarunt, vel ut ſatisfaciant dæmoni, proillis, " quæ ipſi per ſuam temperantiam & mortifi- "cationem, diebus quadrageſimalibus, abſtu- "letunt. Hæc quidem concio pia eſt, & homine erudito, qualis Dn. Ricautus eſt, digniſſima : neque ipſe inficias eo, dari hujusmodi voluptatibus plenos Græcos. At non valet à particulari concluſio. Vel quæ illa gens eſt, quæ ab hujusmodi macula penitus eximi poſſit ? Experientia mihi conſtat per omnes ferme academias Europæ, ad ultimam quadrageſimæ hebdomadum usque, mali commatis juventutem inter tympana & tibias plena cereviſiæ exhaurire pocula : ut taceam cæteras laſcivias ac impuritates animæ ; idcircò ne omnes Europæi tales dicendi. Iniquum ſane judicium ! Multos me vidiſſe Græcos potatores fateor ; at reſpectu Germanorum multis paraſangis retrò fama ſua manent Græci. Quis etenim ſaltem figuras poculorum in Germania denominare poteſt ? Aliud enim anſeris habet figuram, idque duas inregras menſuras capit, quod ἀπνευϛὶ ſine uno ſpiritu ebibendum eſt in conviviis, alioquin nunquam generoſi ſtudioſi nomen, meritò ſibi vindicare quisquam poterit. Aliud anatis figuram obtinet ; Aliud collo retorto multisque foraminibus aſtutè pervio, quod ſi ex imo hujus artis imperitus ſugere liquorem vellet, ex altero faciem ſuam lavabit potus : Aliud ſciu-

ro,

ro, aliud oblongum, & Sclopeto militari non abſimile, neque Ocrearum Priapique figuræ deſunt. Aliud denique Corinthiacæ columnæ ſimile, multis gradibus ſive annulis cinctum, ex quo ſecundum artem potatoriam oportet duos aut tres gradus uno ſpiritu accuratè exhaurire, ſi erraverit, totum hoc ahenum in ventrem ſuum evacuare tenetur: Interea tympana pulſantur, combibones non humanam ſed bovinam emittentes vocem, mugiunt. Alter vomitat præ pedibus alterius, quandoque ſuper menſam. Alter poſtquam in loco ſuo ſedens minxit, matulam ſuper menſam, ut recens ferculum cæteris apponit. Quandoque urinâ in menſa effuſâ, manibus abſtergunt, vel pingunt aliquid digito. Sed quid ego de ſaliva & fumo in conclavi dicam? Si enim quis ex improviſo illuc introiverit, ſane crepidas ſuas, tanquam è profundo cœno vix extrahere poteſt. Si fumum herbæ Nicotianæ conſideraveris, fruſtra Reformati conquentur, quod tempore perſecutionis, in conclavibus clauſi, fumo ac adverſariis vexati fuerint. Nam hoc noſtris hiſce ſtudioſis in deliciis habetur. Tacebo jam turpes, ac impios nonnullorum cantus, ſaltus atque σκορδαπισμὸς. Totum denique convivium in rixas atque clamores ſolvitur, ac inde diſperſi per omnes plateas ebrii curſitantes, ſtrictis gladiis, præter impias voces, quas imprudenter & ple-

no

no ore emittunt, parietes, terram ac ipsos lapides, instar hominum perfodiunt, nescio, quibus verbis res innocentes ac inanimatas, ut vivas provocantes, donec postquam taucedinem collo à clamore, & capiti vertiginem à cursu conciliarunt, sole oriente, cubitum petant. Sunt nonnulli inter illos, qui nocte pro die utuntur, & vice versa. Nam academias hi petunt, non ut aliquid boni discant, sed ut remoti à parentibus atque cognatis libidini suæ liberius indulgere possint. Tales homines deinde nescio, quibus officiis admoventur. Imo verò & sacrosanctam cathedram post tot impias actiones conscendere non recusant.

Hæc sanè omnia summæ impietatis indicia evidentissima sunt, & Græcis planè incredibilia; neque leviuscula, ut inter adiaphora, ut nonnulli volunt, referri possint. Ast injustum sanè ac impium foret, si ex hisce particularibus, ad universalia concludere velimus, totamque gentem Germanorum, ut imprudenter Joh. Fechtius de Græcis facit, impiam vocare. Si igitur tot vitia, tot scortationes, totque ineptiæ sceleraque quotidie perpetrantur, ubi gymnasiorum copia, tot scholæ, tot academiæ, tot excellentissimi Doctores, atque Professores, tot concionum strepitus, totque virtutum officinæ habentur, cur Græcis vitio vertimus, si quid, vel ob ignorantiam,

rantiam, vel ob defectum Doctorum commiserunt? Cum tamen quicquid illud sit, quòd commiserunt, nunquam ad supra jam delineata accedat, ut alibi clarius patebit. Animus enim est etiam illorum breviter tangere vitia, ut ex utraque parte æqui Judicis perfungar munere; Paucis tamen prius examinabimus, num propter nonnullos mali commatis homines, totam gentem contemnere illamque impiam vocare liceat. Video enim aliquos & præsertim ex eruditissimis, ita in hisce pedem cœco gloriolæ alicujus casu, offendere, ut totum deinceps corpus incurabili morbo gangrenæ turgeat. Ut enim unius membri læsio, si non ritè curatio instituatur, totì quandoque corpori summam fert perniciem, ita nonnullorum imprudentum hominum lingua, aliorum aures corrumpit, & ab audienda veritate avertit. Quare non ineptè princeps Oratorum Demosthenes, contra Athenienses, magno ardore ex cathedra pronuntiabat verba: Δεῖ γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν βουλόμενόν τι ποιήσαι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀγαθὸν, τὰ ὦτα πρῶτον ὑμῶν ἰάσασθαι. Διέφθαρται γὰρ. οὕτω πολλὰ καὶ ψευδῆ, καὶ πάντα μᾶλλον, ἢ τὰ βέλτιστα ἀκούειν συνείθισθε. Ecquis ignorat, amabo, hocce modo à μεγαλοφωνίᾳ nonnullorum ψευδοσοφιστῶν, qui ex abundantia cordis mendacia proferunt,

Germa-

Germanicæ gentis aures non ita corruptas eſſe? Omnes enim ac ſinguli, ad mendacia magis ac fabulas audiendas, quam ad veritatem ſumus proniores: Et ut Terentianis utar: *Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerumque applicat.* Video enim juniores quotidie ita præceptorum verbis eſſe addictos, ut facilius duo Hemiſphæria cuprea, vel folles probe aëre exantlato ab invicem ſeparare poſſis, quam hos à magiſtri ſententiis.

Et ſane fabulam, quam Lucianus olim de Gallis ac Hercule finxit, immerito hiſce noſtris credulis non poteſt applicari. Vidiſſe enim in Gallia, vel ſi mavis apud Celtas, Herculis ſtatuam plane diverſo modo, quam in Græcia æſtimabatur. Senem enim curvum, nigrum, calvum, ac canum, (opinor mendacium) lingua perforata, ex qua aures incolarum foratæ, filoque ligatæ, pendebant, non aliter, quam Cirrhades piſces, Conſtantinopoli in ſole ſuſpenſi; ac ſtupebat Lucianus, qui fieri potuerit, ut neque incolæ moleſte ferrent, ab auribus ſuſpenſi, neque Herculi lingua perforata, tantumque onus ab illâ ſuſpenſum, doleret. Ego vero magis magisque attonitus titubo, quomodo hi indefeſſo quodam labore, tot mendaciorum volumina conſcribere, tantaque proferre non fatigentur, plebem autem

ad

ad horum nugas perlegendas tantam adhibent diligentiam atque curam! Equidem non ſum neſcius, veritatem odium atque invidiam ſemper habuiſſe comitem, at nihil eſt, quod me abſterrere poteſt, quin plenis buccis illam hic proferam. Quare Te Lector etiam atque etiam rogo ac obſecro, ut ſequentibus benevolas aures præbere, haud graveris! Audies enim Nobil. Ricautum, qui Græcorum voluptates antea ſummopere damnabat, non modo Græcos in cœlum usque extollere, verum & gentem ſuam in majus crimen vocare. In præfatione enim libelli ſui de ſtatu Græcæ Eccleſiæ hujusmodi verba facit. *Verum*, inquit, *noſtri artifices, ut plurimum, melius ſunt inſtructi, quam Doctores Græcæ Eccleſiæ* (non nego. Ita enim in ſacris literis ſunt verſati, quod experientia mihi conſtat, ut nulla ſit hæreſis, quam opifices Anglorum, ut ex Autoris verbis paulo poſt patebit, excogitare non poſſint.) *Attamen magis nos*, inquit, *ſumus corrupti quam illi* (Græci) *Quot enim ſunt inter nos, qui excommunicationem ac cenſuram Eccleſiaſticam rejectam pedibus conculcant? Rejiciunt abſtinentiam, ſpernunt mortificationem, contemnunt vigilias ac jejunia* (α) *univerſalis Eccleſiæ: imo Eccleſiæ noſtræ particularis, jejunia ac vigilias flocci pendunt. Quot ſunt denique qui ſponte ſecuritatem conſcientiæ ac curam animæ* (Sacram ſcil. cœnam) *negligunt?* Nihil

(α) Vid. Canonem Apoſt. & concil. Nicæn.

Nihil hoc insoliti in omnibus ferme Germaniæ Academiis, apud Græcos vero hujusmodi homines, non minus quam impurissima ac sordidissima animalia ab omni Christianorum consortio excommunicantur ac excluduntur. Et ne videar omnia hic cumulare, quæ de malignitate gentis suæ Ricautus profert, id quod est summum saltem paucis referam: *Prætendunt enim* inquit, *multo se doctiores suis Doctoribus esse, Scripturamque S. melius forte illis intelligere, ac ita conformationem illorum spernentes nihili æstimant. Se nolle multum Ecclesiæ Præpositis æstimationis tribuere. Sed omnis scientia, quæ in principiis libertinismi ac superbiæ fundata est pejor ipsa ignorantia erit.* Dic jam, Te quæso Benevole L. quia Ecclesia Anglicana, tam inobedientes habens filios, & ita contra instituta Ecclesiæ debacchantes, num Ecclesia, vel etiam tota natio Anglicana, impia denominanda est? Num liceat à particularibus ad universalia inferre sententiam? Si Tu id affirmare ausus fueris; primum illa sana ratio Te refutat, deinde hic ipse Ricautus, aliis verbis Præfationis suæ. Nam paulo superius hujusmodi protulit verba: *Ecclesia*, inquit, *Anglicana inspirat Spiritum Dei.* & rursus: *Quando*, inquit, *Lumen fulgens inspicio, quo nostra Ecclesia illuminata est, quando video unctionem verbi Divini quod nos quotidie apprehendimus, idque in summa libertate divini sermonis ac lingua communi, quando elegantissimas*

expoſitiones Doctorum, qui ſingula myſteria omnibus luculentiſſime exponunt fidelibus. Quando inquam hac omnia conſidero, non poſſum non admirari quod tam parum nobis inde utilitatis emergat &c. Si igitur malus populus nullatenus impedit, quin Eccleſia ſpiritu Dei fulgeat, ſitque Orthodoxa ut vult Ricautus, cur non Græcia talis dicendâ eſſet, quæ non ſolum puram ac Apoſtolicam, ut alibi pluribus declaratum eſt, habet Doctrinam? Quicquid adverſarii ganniant, Græcam Eccleſiam hæreticâ maculâ inquinatam eſſe, nunquam oſtendere poſſunt. Teſte Thom. Smithio, quem jam ſupra produximus. Quod autem Græca Eccleſia & melioribus inſtitutis, diſciplinis, ac populo gaudeat ſobrio magis, non Græcorum teſtimoniis ſed adverſariorum & ſupra confirmavimus, & hic relictis infinitis aliis teſtimoniis, quæ & plura, & Sole Meridiano clariora ſunt, quæ de pietate Græcorum paſſim apud Autores extant, pauca ex præfatione Ricauti referam. Sunt enim hæcce: *Quare namq;* inquit, *cogor contrarium ſentire. Vide enim terrorem excommunicationis, quo ſunt perculſi Græci: Video zelum & fervorem, quem ad frequentandas confeſſiones habent: revoco in mentem tantam illorum docilitatem, ac ineffabilem obedientiam qua veram pœnitentiam, quæ à Sacerdotibus illis imponitur, acquirere ſolent. Quæ omnia abſque ullo dubio veræ ac delicatæ conſcientiæ beliæque diſpoſitionis & profun-*

profundissimæ agnitionis ac sanctitatis characteres sunt &c. (α) Hæc omnia non solum Ricautus de gente sua dicere non potest, ut vidimus supra, verum etiam de la Croix sæpe numero Romanæ Ecclesiæ Græcam, quoad pietatem imitandam esse fatetur, exhortaturque ad idem suos. Thomas Smithius quoque ad pietatem Græcanicam modernam omnes Christianorum Sectas provocans, ita, lacrymis ut videtur, plenus, quippe intimus agnoverat impietatem aliarum gentium, exclamat: (ω) "Laicis quater singulis annis hæc φρικτὰ καὶ ἀχειρωτα καὶ ζωαρκὰ μυστήρια, *tremenda*, & ab omni labe "pura & verifica mysteria percipere consuetudine Ecclesiastica id exigente incumbit, quorum nemo, nisi ingens premat necessitas, cui "pietas pariter ac reliqua omnia cedere subinde cogitur, in celebribus tum beatissimorum "*Christi* Salvatoris natalium, tum paschalis "ἀναστασίμις festis, ab hoc Sacro munere, cui "rite & majori quidem cum fructu defungendo "institutæ jejunandi vices inserviunt, abest. "Neque enim jejuniorum instituendorum aut "melior ratio, aut eorundem observandorum "sanctior usus excogitari potest, quam ut rem "sanctissimam mente Sanctissima quisque præ"stet. N. B. quod utinam milles millies illis ardentissimis votis opto precorque, (quotque

(α) Vid. Tract. de Græc. Eccles. hodierno stat. p. m. 1061

" Christiani sunt) neque enim diversæ Christia-
" norum sectæ in hac re omnibus necessaria o-
" mnibus pari Jure debita ac communi, â se in-
" vicem se jungi debent quod tanti mysterii
" dignitas postulat, quam maxime seriò adver-
" tunt: γένοιτο, γένοιτο κύριε (β) θεὸς, κύριε ἰησοῦ, ὦ πανάγιον πνεῦμα. &c. De Germania, si paucos excipiam, cæterorum gratia veritatem pollice supprimere cogor. Invidia enim nec parentibus suis parcit, nedum veritati ab alienigena prolatæ. Quid igitur plus â Græcis desiderari potest? Quam Fechtius causam habet, ita illos dilaniandi? Forte multitudo librorum ac Doctorum, amplitudo Academiarum, copia Typographorum! O vanam jactantiam! ô futilem nonnullorum opinionem!

Infelix nostris memoranda impressio Seclis!
Nam parvo φλαύρος quilibet esse potest.

Hisce omnibus primævi Christiani carebant, ergone barbari fuerunt? ut de Græcis modernis concludit Fechtius dicens. So daß auch ihre Bischöffe pure ignoranten seynd / und nicht einmahl mit denen geringsten Wissenschafften ihre Vernunfft cultiviret haben; dahero mit diesen

(β) Forte ὁ θεὸς male ènim sine articulo sonat. Attici enim dum nominativo, pro vocativo utuntur, etiam nom. articulum retinere solent, ut σὺ δὲ ὁ ἡὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ; pro σὺ δὲ ὦ ἡὲ καὶ λόγε τοῦ θεοῦ.

dieſen Leuthen gantz nicht umzugehen. Und obwohl ein oder der ander Metropolit oder Patriarch denn und wenn bey denen Europäern in denen Reiſen etwas gefaſſet / ſo iſt doch daſſelbige eine groſſe raritæt. Und wann man gleich mit ihren Vorgeſetzten dann und wann in einen Diſcurs kommen / und etwas ausrichten könte / würde doch ſolcher von ihren brutellen und unvernünfftigen Biſchöffen nicht angenommen / ſondern nur verlacht werden ꝛc. (α) Sed vereor ſanè ne Fechtius nimium animi ſui pathematibus indulgendo riſui magis piorum atque revera Doctorum hominum ſeſe expoſuerit, quam quicquam boni hac inconſiderata vociferatione perfecerit, cum hujusmodi verba, de Græcorum Epiſcopis proferret; ſeque harum rerum ignarum oſtenderit, ubi aliorum barbariem circumſcribere conatur. Verba ſanè nequidem ſimplici, ac rudi Chriſtiano digna, nedum tanto doctore. Nos enim ex aliis, ac autopte Ricauto, qui ſtatum Græcæ Eccleſiæ haud ſuperficiarie delinearunt, aliter de Epiſcopis ac Patriarchis Græcorum compertum habemus. Præter enim illa, quæ I. II. III. &c. ac X. capite hujus Tractatus, ex adverſariorum teſtimoniis probavimus, Ricautus ita de Patriarchis atque Epiſcopis loquitur: (β) *Græci*, inquit, *ut Eccleſiam ſuam magis illuſtrem, atque*

(α) Vid. cap. XVII. de ſtat. Græc. Eccleſ. (β) cap. III. de ſtat. Græc. Eccleſ.

florentem reddant non quemlibet hominem ad hujusmodi officia elevant, sed illos, qui & pietate & eruditione decantatissimi sunt. Ita etiam Archi-Episcopum Smyrnensem, qui sæpe Ricautum, ibi locorum degentem, visitaverat, ut & Cyprium summis laudibus extollit dicens: *Episcopus qui sedem hoc tempore obtinuit vir summæ Eruditionis fuit, tum Græcæ linguæ, tum Latinæ peritissimus.* De Chiensi autem Archi-Episcopo & Clerico quodam, mirabilem facundiam Rhetoricam & Eloquentiam narrat: Dosythei gesta, ac eruditionem, ut supra capite V. II. hujus nostri tractatus vidimus, in cœlum usque Nobil. Dn. Ricautus extollit; de ipsorum autem *brutalitate* nulla fit mentio unde igitur Bonus Fechtius eam imputationem hausit? Qualem quæso rationem hic Deo olim redditurus sit, qui iniquissimo calamo ita innocentissimos Græcos diffamare conatus est?

Sed è diverticulo ad semitam: carebant enim Antiqui Græci Patres Typographiis, splendore Academiarum & ipsa libertate, ne dicam copia librorum Theologicorum, ergone barbari fuerunt? Ergo ignorarunt vera religionis principia? Ergo impii fuerunt, quia non minus, quam hodie Græci in summa Tyrannorum suppressione vivebant? Imo vero contrarium evenit: Qui summa libertate gaudebant, in infinitum Chaos hæresium delabebantur, quod

Vid. eod. cap.

quod & hodie fieri sæpius observamus. Vel unde nobis tot opinionum monstra, nisi ex magna ac insipida præsumptione eruditionis, effrenataque libertate ingenii; quare optime quidam dixisse videtur, Hier. Hirnhaim de Typho Generis humani: *Magnos Doctores Patriarchas esse hæreticorum.* Quin etiam nobis constat ex Actis Apostolorum illos, qui ad veram pietatem conversi fuerunt libros suos congestos Vulcano tradidisse, quorum pretium ad quinque Myriades argenti (α) ascendisse: ac Evangelista non ut Morhoffius de direpta Jesuitarum Bibliotheca Cochinensi, (β) *cum irreparabili rei literariæ detrimento*, exclamat, sed contrarium ὕτω, inquit, κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ κυρίου ἤυξανε καὶ ἴχυεν. Indicium evidentissimum, quod non librorum copia, sed vera suorum errorum agnitio Viros pios ac doctos reddat. Dabo enim, inquit, Salvator noster, vobis Spiritum, cui nemo resistere potest. Hoc sine dubio Spiritu Græci moderni suffulti, in

 tantis

(α) Quod valet ni fallor: quinquaginta millia librarum Atticarum argenti. Libra vero Attica, si eadem fuerit, quæ nunc Athenis est, valet I 33 $\frac{1}{3}$ drachmas, drachma autem Attica pendet Grana triticea (quæ Turcis *devè dissy*. i. e. dens Cameli, Græcis modernis verò κρανοκόκκαλον i. e. nucleus Corni maris, vocatur, ob nimiam magnitudinem, & colorem cereum) 96. quorum tria, duo grana piperis albi, ut Medicorum vocant filii.

(β) Vid. Morhoff. tom. 3. L. V. p. 59. §. 28. Act. XIX.

tantis mundi afflictionibus, & intolerabili tyrannide, religionem Christianam, quæ longe lateque in oriente patet, sartam tectamque custodiunt, qua de re cum infinita haberem dicenda, ob angustiam temporis in aliam occasionem ea reservabo. Sed pergit Ricautus; *hæc*, inquiens, *sunt fundamenta, quibus firmata Græca Ecclesia, potest aliquando in tam perfectam ac excelsam ædificationem pervenire, qualis nostris temporibus nulla unquam visa est Ecclesia. Aliquando*; quasi vero nunc non ita ædificata sit, ut omnes cæteras Ecclesias antecellere videatur. Potestne quæso homo cervice elato superbiam spirans tantam obedientiam, quantam Græci, Ecclesiæ præbere? Potestne homo impius, tam diligenter sacras confessiones frequentare, pœnitentiamque submississimo absolvere animo, ut Ricautus Græcos facere supra ostendit? Quid igitur restat, ut *aliquando*, ac non jamjam in summam esse pietatem exaltatam dicemus? Doctissimus Ricautus non modo laudat jejunia, ac austeritates Græcorum, verum illa & popularibus suis commendans, jubet ut illud Salvatoris recte perpendant: *quando sponsus à vobis ablatus fuerit, tunc oportet jejunare.* (a) Quod & Apostoli fecerunt & posteris ut faciant tradiderunt injunxeruntque. Ecquæ quæso Ecclesia illa est, quæ hac in observantia Græcæ Ecclesiæ æquari, vel saltem aliqualiter comparari possit:

(a) Vide præfat. ejusd.

possit? Unum igitur hoc, præter sexcenta alia, quæ passim in hoc libro ostendimus, idque ab adversariorum testimoniis probatum, indicium Sole Meridiano lucidius est de Græcorum temperantia in verbo Divino ac Apostolorum ritibus fundata. Quicquid adversarii oblatraverint, nunquam jejunia ad carnis voluptates, ac pravos spiritus nostri motus domandos, non esse necessaria, probare poterunt, cum magistra experientia præeunte nobis constet, famem ac jejunia, vel ferocissima animalia magis mansueta reddere ac mitigare, ne dum rationalia. Periculum fac si visum fuerit, atque majorem partem anni, ut Græci faciunt, aqua & frustulo panis contentus vivito; atque facile constabit (quid enim opus est multis? hic Rhodus, hic salta) utrum ad Venerem, an ad pietatem & humilitatem animi proclivior evades: nisi natura sis impius, quem nulla disciplina corrigere potest. Constat vero etiam ex paupertate aliorum, qui ob penuriam rerum atque egestatem multum cæteros modestia ac pietate antecellunt, nisi quis natura sit perversus atque petulans, ut solet nonnunquam fieri. Græci igitur cum tantum obedientiæ præceptis Christi atque Apostolorum tribuant, omnino illius veri sunt discipuli, cæteri vero qui non id præstant, de quibus sat jam supra Ricautus & Thom. Smithius, conquestus est, non nisi secundum divinum Oraculum, Publicani ac Ethnici

nici dicendi veniunt, non Christiani. Quod si vero unus alterve hujus Commatis apud Græcos inveniatur, (nam impossibile est ut omnes sint ita pii ac sancti, ut ipsi adversarii illos descripserunt) nihil mirum, cum apud alias gentes integros fere greges una cum pastoribus suis malæ farinæ in medium producere possimus: Sed cum infinita alia dicenda habeam, hic pedem sisto, & quia capite IX. hujus tractatus, causas rejecti N. T. in Græco-Barbara lingua editi, expositurum me promiseram; agedum de illis, quoque nonnihil agamus, ac primò quidem de hac ipsa Græco Barbara lingua, qua N. T. aliquoties in Europa prodiit.

CAPUT XII.

In quo ostenditur, Græcam linguam modernorum Græcorum vulgarem, non esse ubique eandem atque universalem.

GRæciam modernam, vel potius Græciæ provincias melius explicare nequeo, quam si quoad linguam cum Germaniæ regionibus illam comparem. Notum enim est omnibus Doctis ac eruditis, linguam illam, qua Biblia sacra & infiniti alii libri conscripti sunt ubique terrarum in Germania non aliter æstimari, quam olim tota Græcia, Atticam illam omnium

omnium Dialectorum ſuaviſſimam. Ita moderno tempore, per univerſam Græciam unica eſt dialectus eccleſiaſtica communis, & ab omnibus intelligibilis, non idem facile à quolibet plebejo imitabilis, non aliter quam per univerſam Germaniam Attica illa, quæ κατ' ἐξοχὴν das Hochteutſche vocatur. Certè omnes fermè Germaniæ gentes habent aliquid, in quibus ipſorum dialectus ab reliquis diſcrepet; & imprimis ſi ruſticos v. g. Auſtriacum, Suevicum, Weſtphalum, Sileſium, &c. in unum conjungas, vix puto unum alterum loquentem percepturum eſſe. Interea etiam cives intelligunt politiorem linguam, & ad ipſos ruſticos non alia lingua verba ſacra faciunt concionatores, iſtis omnia æque probe percipientibus. Ita in Græcia, quamvis alia regione aliter loquantur diverſisque vocabulis utantur, nemo tamen eſt, qui textum ſcripturæ ſacræ atque linguam precationum non intelligat; Illam tamen aut loquendo, aut ſcribendo tam difficile illis eſt aſſequi, quam Svevo, & Helveto, niſi Doctores excipias, Saxonicè, ſeu lingua pura Saxonica loqui. Ad hujus rei meliorem declarationem inſtituendam hiſtorias quasdam, prius Deum T.O.M. teſtem conſcientiæ meæ adſciſcens enarrabo. Ante duos, & quod excurrit annos, Vir quidam excellentiſſimus, Patronus meus ac Præceptor ad cineres usque devenerandus, ſibi,

Tyro-

Tyrolium verſus proficiſcenti, in diverticulo quodam piſces tempore prandii appoſitos fuiſſe; quare hoſpitem ita alloquitur: Herr Wirth/ ein wenig Eßig! reſpondit ille: Ja/mein Herr! manſitque ſuo loco hærens; Rurſus Vir Excellentiſſimus bis terve repetit verba ſua dicens: Herr Wirth! ein wenig Eßig. Hoſpes autem nihil aliud reſpondebat præter ja, ja/ mein Herr! hærebatque ſuo loco. Vir autem ſupra laudatus cum intelligeret, ſe non intelligi; aliter hoſpitem alloquitur; Attulit denique hoſpes acetum, atque interrogatus quomodo liquor ille patrio more vocetur? Reſpondit: Sauer. Cum hoc vocabulum adjectivum ſit, conveniatque pluribus; addebat Vir excellentiſſimus interrogans eum; Cur ergo reſponderet dicens: Ja/mein Herr! ſi non intellexiſſet? Reſpondit ille: Ego putaram Domine te interrogare me, utrum comedas, & quia te comedentem videram, reſpondebam: Ja/ mein Herr! De hujusmodi confuſione etiam de Græcia moderna haud pauca referenda habeo. Et ut Græci noſtri, cum aliquid verum referre ſolent, ſemper præfantur: τὸ ψεῦμα εἶναι ἔ διαβόλε. i. e. *Mendacium à diabolo proficiſcitur*; Quod eſt ſummum illorum juramentum; Idem & ego de me absque ulla diſſimulatione dicere poſſum. Nondum enim quintum agebam annum, cum Avus, viginti quinque annorum

Abba-

Abbas in monaſterio Coſmæ & Damiani & Polyaeter Lariſſæ, è Lariſſa in Theſſalia, ad fratrem ſuum Metropolitanum me deduxit, qui, ut melior de me cura haberetur, fermè infantem, in civis cujusdam opulenti, nomine Chryſoſculo, domo educari curavit, ex cujus ancillis & famulis, tam elegantem, ſi diis placet, linguam vulgarem didici, ut poſtquam jam duodecim annorum in patriam redirem, domeſtici mei me non intelligerent. Nam totus & habitu & lingua & moribus, non minus mutatus, quam Lalus, famoſiſſimi Thomæ Mori; atque data occaſione ita ancillam alloquebar: Μωρὴ γύρε τὼ πόρτα. Illa hoc audito parumper hæſit, dein accurrit ad matrem, illique dixit: Domina, filius tuus aliquid loquutus eſt mecum, at ſane ipſum non intelligo. Venit matet, meque interrogat, quidnam ancillæ dixerim? Reſpondeo: νὰ γύρῃ τ πόρτα. Sed tantum Mater intellexit quantum ancilla, igitur non ſolum fratres verum etiam vicinam quandam, quæ tum temporis forte fortuna apud matrem diverterat, ad me intelligendum vocat, interrogabant quid vellem, ego morè conſueto repetabam: νὰ γύρῃ τ πόρτα. Dicit vicina ad matrem: καλὴ μᾶ ἴσως θέλει νὰ φάγῃ. i. e. *Mi Matrona, forte cibum poſtulat.* Hoc cum audirem, quamvis iratus utpote qui me ab

ab illis derideri putabam, risum tamen continere non potui. Ego enim ajebam, ut januam ancilla claudat, illæ verò cibum me postulare existimabant; Assurgo igitur, & ipsa portam sive januam claudo, addens: Hoc volui ut faciat ancilla. Illæ mulieres in tantum cachinnum effusæ sunt, ut me imposterum *Portam* nuncuparent, manseritque hoc nomen commune apud omnes meos sodales. Larissæ enim & per totam Thessaliam ἀσφάλισον τὴν θύραν dicunt, quod Thraces, κλεῖσον vel ab ἐγύρω, γύρε τὴν πόρτα efferunt: & quamvis etiam priorem & Thessalicum sermonem non ignorabam, tamen id tum temporis proferre non potui. Ita aliquando ocreas, cum equus ad equitandum mihi paratus esset, hisce terminis petebam: Μαγδαληνὴ, φέρε τὰς τζισμέδες μου. Ancilla verò pessima scivit quidem mihi aliquid afferendum esse, sed quidnam illud esset, plane ignorabat, adeoque mihi fratrem cum cane adduxit. Nam φέρε dicunt Thessali ad rem animatam; δός μου autem ad rem inanimatam, præsertim si res præsens atque domi sit; Cum Thraces indifferenter hisce vocabulis cum res præsens est, utantur. Ocreas verò Thessali ὑποδήματα vel ποδήματα per Syncopen, quas Thraci Turcico nomine τζισμέδες nuncupant; Italo-Græci verò & Insulani teste excellentissimo Dn. D. Langio, in suo Glossario Barbaro Græci compendio

pendio *stivalia*, fortassis à Stiefel/ nuncupare solent, quamvis & prius, scil. ἐνδήματα non ignorant; In Thessalia autem, quia non admodum multi Turcæ adsunt, & qui ibi inveniuntur, omnes fermè ac singuli Græcam linguam communem haud ignorant, teste D. Sponio, qui à Turcis his verbis interrogatus: Σοφὸς ἰατρὸς εἶ, ἢ πραχτικὸς; Ut Pragæ habitantes Germani Bohemicam, pauci tamen Bohemi Germanicam, nisi ad hanc discendam operam dederint, ideo non intelligunt Græci vocabulum τζιομέδες; Et ita sæpè vexatus, imo vero quandoque etiam à parentibus non absque indignatione increpatus sum, donec me ipse corrigerem. Et post quatuor annorum decursum, cum rursum Hadrianopolim atque Constantinopolin relicta patria peterem, nemo ibi erat, qui me antea norat, qui non admiraretur puritatem linguæ meæ, attamen nemo illorum, si excipias cultiores, me imitari loquendo poterat Idem etiam Oxonii accidit: Recens enim advena ibi præter plurimum reverendum Præceptorem meum Hiero-Diaconum Fr. Prosalentem, & Eustathium Placicam, Medicum Bucurestensem, septem juvenes Smirnenses inveni. Cum communi atque vulgari moderna lingua nos invicem loqueremur, in pluribus vix alter alterum intellexit, nisi quod antiqua lingua nobis communior esset, dicebantque omnes communi-

tones

tones Angli, ſe illos cum primum Smirna Oxoniam appuliſſent, vulgari lingua loquentes, non intellexiſſe, nos vero multo facilius capere. Hujus rei non ſolum Dn. D. Woodreffius, verum præter alios commilitones etiam Magiſter R. Bourchierus, ſummus Græcorum Fautor, & meus in rebus mathematicis & Anglicana lingua Præceptor maximè reverendus, teſtis omni exceptione major eſſe poteſt. Equidem & alias haud paucas hujusmodi hiſtoriolas inpræſentiarum facile referre poteram, quibus utramque gentem Germanam ſcilicet & Græcam quoad confuſionem linguæ comparārem haud leviter. Habita tamen ratione temporis ſequenti capite breviter rem exponam, in quo prius ordine Alphabetico referam aliquot centena Græcorum vocabulorum, quæ in diverſis regionibus, diverſos etiam ſignificandi modos habent. Capite verò decimo quarto, referam alia quæ in una regione nota ſunt, in alia vero planè ignota, cachinnisque anſam dant, ex quibus facilè conſtabit, novum & vetus Teſtamentum non poſſe accurate in hanc vulgarem linguam transferri, & ſi transferatur, multo tamen obſcurius futurum plebejis, quippe vocabula ibi plurima inſerenda forent, quæ non ubique & omnibus patent, ut ex ſequentibus clarius demonſtrabitur. Priusquam tamen hoc aggrediar, Le-

ctorem

Lectorem moneo ut illas formulas loquendi Germanicè, quas supra in testimonium adduximus, illasque consulat, videatque num illa omnibus Germanis æque pateant qua de re & alias dictum. Illud etiam illud Lector Benevolus considerare debet, quod si N. T. in linguam illam simplicem, verbi gratia Rusticorum Bavaricorum transferreretur non solùm à Saxonicis Rusticis, non intelligeretur, verum etiam multis doctis spretum infinitis exponeretur cachinnis, id quod Græcis vitio vertitur, quod scilicet hujusmodi ridiculas editiones N. T. admittere recusaverint

CAPUT. XIII.

In quo ordine Alphabetico vocabula nonnulla exponuntur, ostenduntarque diversis in Græcia regionibus diversas etiam habere significationes.

CUm nihil magis institutum nostrum clarum atque perspicuum reddere possit, quam nonnullarum Græco-barbararum vocum, in diversis Græciæ provinciis diversæ significationes atque acceptiones si ostendantur, operam me non inutilem adhibiturum arbitror, si ex Compendio *Glossarii Barbaro-Græci* quod Summa industria ab Excellentissimo Dn. D. Joh. Mich. Langio Fautore nostro summe Reverendo, Norimbergæ & Altdorfii

Ann. Dom. MDCCVIII. edito nonnulla hu
transferendo totum modernæ Græciæ ſtatum
in nucleo nucis quaſi luculenter exponam;
hac tamen conditione, ut neque Lectori Be-
nevolo faſtidium creemus, neque nos termi-
nos brevitatis transgredi videamur. Nam in-
ſtitutum noſtrum non eſt conſcribere volu-
mina (quod ſanè de hoc Argumento non ad-
modum difficile foret) ſed breviter ac ſuccin-
ctè partim Apologiam de rejectione N. T.
quod in Græco-barbara lingua aliquoties in Eu-
ropa prodiit, inſtituere, partim ſtatum Græcæ
Eccleſiæ eruditis, qui nihil non ſcire volunt,
propinare: id quod aliter fieri nequit, niſi reli-
ctis cæteris paginis ſupra laudati Gloſſarii,
priores ſaltem literam alpha nempe & partem
τῦ Beta usque examinemus: Nam ſi hic omnia
illa, quæ in iſtum cenſum venire poſſunt, ex-
ponere velimus, vererer ſanè, ne totum illud
Gloſſarii compendium huc transferendum eſ-
ſet, ut ex ſequentibus clarius patebit. Cum
etenim Alpha DCCLXXIX. circiter compre-
hendat voces, CXXIV. illarum in Græcia con-
tinenti, plane ſunt ignotæ & CCVI. voces
aliam habent ſignificationem in continente,
quam apud Inſulanos. Reſtant itaque voces
CCCCXLIX. quæ tum Græcis, tum Italo-
Græcis communes, quarumque plurimæ, ſi
non omnes, antiquæ, & ex antiquis derivatæ
ſunt: ut vero res clarius pateat, ſequente or-

dine

dine exponere placuit: ἀβολία & ἀβυλία *inconsultum*, apud modernos Græcos, apud Italo-Græcos vero *incommodatio:* vertit excel. Doct. Lang. sic ἄβολος & ἄβυλος Græcis in consultus, Italo-Græc. *incommodus*. Ἀγαφτικά, Insularis, sive Italo-Græcus *amanter*, apud Thraces verò, *severitatem dominationis*, denotat, à Turcico ἀγὰζείτ, quod apud antiquos Græcos δεσποτείαν sonat, mutato solummodo β. in φ. propter Cacophoniam. Sic ἀγαφτικὴ insularis *Amasiam*, aliis Græcis, qui etiam ἀγαζετικὴ, solent pronunciare, fœminam venustam atque modestam denotat. Ἀγαφτικάτζικος vero, Græcis ridiculum est. Nam Græci continentem inhabitantes, Amasium & Amasiam Ἀγαπητικὸν & Ἀγαπητικὴν vocant. Ἀγγίδες Italo Græc. *vascula*, Græcis, omnis aculeus, præsertim vero festucæ, qui è fissis lignis prominentes manum lædere solent, unde proverbium illud apud modernos Græcos resultavit: Ἀγγίδας ἔχει εἰς τὸν κῶλόν του. i. e. *aculeos habet in natibus*, dicunturque de petulantibus juvenibus, qui haud modeste se gerunt. Ἀγγελώνω Italo-Græc. *acuo*, Græc. idem, quod ἀγκυλώνω, i. e. *pungo* denotat; *acuo* vero apud modernos Græcos, ἀκονίζω. vel etiam ἀκονῶ, audit. Quod autem Ἀγγελώνω, τὸ pungo denotat, ex illo communi Græcorum versiculo constat, qui ita sonat. Ἀγγέλω μὲ Ἀγγέλω τὴν ψυχὴν μὲ ἀγγελώνεις Angelo etenim nomen proprium virginis est:

quare versiculus ita interpretatur. *Virgo quæ vocatur Angelo animam meam pungit.* Αγγουρίδα Italo-Græc. *labruscam*, s. *omphacem*, Græcis vero herbam Cucumeriferam denotat. Αγενία insulanis, insolentiam, Græcis, *imberbitatem*, ut ita dicam denotat. Sic ἀγενικὸς illis insolentem, nobis imberbem, vel idem quod ἀγένειος.

Vocabula Græco-Barbara.	Italo-Græcis significant:	Græcis vero denotat:
Ἀγκάθα & ἀγγάθα,	*Stupa.*	Ramnus
Ἀγνωρισία,	*Ingratitudo.*	Incognitio
ἀγνωστᾶ.	*stultè, imperitè.*	ἄγνωστα.
Ἀγὸρ.	*Aquila.*	Masculus (α)

ἀγορά-

(α) Masculum omniuo apud nos denotat. Scribitur etiam ἀγόρι, & ἀγόριον, unde cantilena apud Græcos modernos usitatissima hæece:

Κόρη Ἀγόρ.

Κορ. Τὶ με θέλεις νὰ σε πήσω;
Ἀγορ. ἔλα 'δὼ νὰ σε φιλήσω,
εἰς τὰ χείλη καὶ τὰ 'φρύδια.
καὶ τῶν ὀμματῶν τὰ φύλλα.
Κορ. Δὲν τό στέργω, δὲν τὸ στέργω.
Ἄφες με, καλὲ νὰ φεύγω.
Ἀγορ. Κόρη, κύρη χαϊδημένη,
καὶ ψυχὴ μ' ἡ γαπημένη,
Ἡ καρδία μου πικραμένη,
καὶ ἡ γλῶσσα μαραμένη.

ἔλα 'δὼ νὰ σὲ φιλήσω,
τὴν ψυχὴν μου νὰ δρωσίσω,
καὶ τὴν γλῶσσα μου νὰ ψύξω,
καὶ τὰ χείλη μου, νὰ βρέξω.
Κορ. Φίλησον μ' ὅπου θέλεις,
καὶ εἰπέ μοι πῦ ὑπάγεις,
Νὰ σ' ἀκολουθήσω πίσω.
καὶ νὰ σὲ γλυκαγκαλιάσω.
Ὡς Ἀγόρι, χαϊδημένον,
καὶ πολλὰ ἐπαινεμένον, &c.

Hoc vero hic notandum, ubi occurrit ι ante α, [illegible] hisc

ἀγορά.	*Emtio.*	Immaturitas
ἀγριελαῖος,	*Oleaster.*	Ἀγριελαία.
ἀγρίελαιον.	*Oliva.*	Ἀγρίελαιον.
Ἀγρία.	*Gramen.*	Ferox.
ἀγριῶς. (a)	*ferociter.*	Gramen.
Ἀγρεμανὸς.	*Ruſticus agreſtis*	Sylveſtris.
ἀγρίδι.	*Pera.*	Labruſcula.
ἀγροικῶ.	*Sentio, percipio.*	Ignoro.
Ἀδελφάκιον.	*Fraterculus.*	Nautæ ita.
ἀζημιώσεως.	*Indemnitas.*	Ἀζημίωσις.
ἀζημιώτως.	*ſine damno.*	Ἀζημίωτα.
ἀθελητὸς.	*Temerarius.*	Involuntarius.
Ἀθελησία.	*Temeritas.*	non voluntas.
ἀθίζω.	*Verno germino.*	id. q. ἀθείζω.
ἀθισμένος.	*Floridus.*	id. q. ἀθισμένος.

hiſce rhythmis eſt illud: ὀφρυ βία, καρδιαμε ἀγκαλιάσω, &c. Græci moderni ita legunt. Atque Galli illud, *il ya.* y. enim hoc apud Gallos ni fallor, conſonantis inſtar ſonat, ſubtilius tamen quam Germanorum Ja/ vocatur, verum hæc pronunciatio. ἢ ὑφ ἓν.

(a) ἀγριὰ & ἀγριὰς, genit. ἀγριᾶδος & ἀγριάδος, Plural. ἀγριάδες & ἀγριάδες. Eſt vero id ipſum Gramen, cujus radix in officinis φαρμακοπώλων maxime uſui venit. φιμιάτρους autem id obiter notandum venit, quod hujus Graminis, quod apud Dioſcoridem Ἄγρωστις audit, radix craſſicie ſua pollicem ſuperat, quæ, ab aſinis devorata, eos pingues reddere ſolet. Felix eſt Græco, copia vini, ſi hac herba careat vinea ejus. Ita enim vinetis infenſiſſima eſt, ut niſi per triennium ſaltem ſemel profundius effodiendo extirpetur, plane ſteriles ſolet reddere vineas.

ἀκαρτέρω.	*Suffero.*	ἀκαρτερῶ & καρ.
ἀκριβεία.	*Illiberalitas.*	Anona, caritas.
ἀλακαιρὸς.	*Integer.*	ὁλάκαιρος.
ἀλατζώνω.	*Salio.*	Ἁλατίζω.
ἀλείωτος.	*Indelebilis.*	Ἀλλοίωτος.
Ἀλετρὰς.	*Arator.*	qui aratura conficit.
ἀλώνω,	*Trituro,*	Salio.
ἁμάδα.	*Lapis, Saxum.*	Ὁμάδα. (α)
ἀμετρισία.	*Immensitas.*	Inconsideratio.
ἄμνωμα.	*Juratio.*	Ὄμωμα, vel ὄμνυμα.
ἀμνωτὴς, ἀμώτης	*Jurator.*	Ὀρκιτὴς.
Ἀμπελογεύω.	*Vineas colo.*	Compotatio in vineis.
ἀνάγνωρος	*Incognitus.*	Recognutis.
Ἀναγογυρεύγω.	*Scrutor.*	Ἀναγυρεύω.
Ἀναγογυρεψία.	*Investigatio, curiositas.*	Ἀναγύρεψις.
ἀναλήβγομαι.	*sursum sumor.*	ἀναλήφομαι.
ἀναλογειὸ.	*Pulpitum.*	ἀνωλόγισον.
ἀναλυγώνω	*Liquefacio.*	nausea labore.
ἀναμοίαστος	*Dissimilis.*	ἀνόμοιος.

ἀνάριος

(α) Lapis rotundus instar plenilunii: magnitudo ejus tanta est, ut vir mediocris ad passus octodecim eum projicere possit. Hoc lapide Ludus instituitur, qui σημάδα vocatur, nunquam tamen eum ἁμάδα vocari audivi, sed ὁμάδα & σημάδα.

ἀναπετορίζω.	*Volo, as.*	Placentas confi-cio. (α)
ἀνάριος.	*Rarus.*	ἀρειὸς.
ἀνάστέναμα.	*Gemitus.*	Ἀναστέναγμα.
μὲ ἀναστέναμαν.	*cum gemitu.*	μὲ ἀναστεναγμὸν.
ἀνασυκώνω.	*Elevo.*	ἀνασηκώνω.
ἀναφτωτὸς.	*Incendiarius.*	Calefactor.
Ἀνεμολόγος.	*Spinaculum.*	Vaniloquax.
ἀνέγλητος.	*Innuptus.*	à crimine liber.
ἀνέγνωρος.	*Ingratus.*	Incognitus.
ἀνέψει.	*Nepos.*	recoquebat.
ἀνημένω.	*exspecto.*	Ἀναμένω.
Ἀνηφορὰ.	*Vaporarium.*	Ascensus.
Ἀνθολόγιο.	*Liber officiorum Ecclesiasticorum apud Græc.*	Ἀνθολόγιον. (β)
ἀνοστᾶ.	*Insulsè, ineptè.*	ἄνοστα.
ἀτίβαμα.	*Comparatio.*	Colore intinctũ.
ἀνύχατος.	*Ungulatus.*	sine unguibus.
ἀνυχίζω.	*Ungulis lacero.*	Ungues seco.
ἀξευγόρευτα.	*sine confessione.*	ἀξεγόρευτα.
ἀξαφνικὰ.	*subitò.*	ἔξαφνα.
ἀξάφτω.	*fulguro.*	accendo.
ἀξαχώριστα.	*Inseparabiliter.*	Inseparabilia.
ἀξίγκι,	*axungia, sebum.*	ἀξύγκια.
Ἀξιωσύνη.	*Excellentia.*	Dignitas.
ἀπαλαίνω.	*Delicior.*	Mollem reddo.

α) πέτα enim & πῆτα, placentam, apud Græcos continentem colentes, denotat.

(β) Vid. CAVE, dissertat. de Libr. Ecclesiast.

ἀπαντῶ.	*Venio.*	obviam venio.
ἀπανωπόρτι.	*Superliminare.*	ἀνώφλιον.
ἀπαυγοῦ.	*Inde, hinc, istac.*	ab ovo.
ἀπὲ.	*Ex.*	ἀπὸ, vel ἀπὸ.
ἀπουδὼ.	*Hac, hinc, cis.*	ἀπεδὼ.
ἀπλάδα.	*Planities, platea*	Discus, orbis.
ἄπλωμα.	*Mappa altaris.*	Explicatio.
ἀπόγεμα.	*Prandium.*	Impletio.
ἀπογυρίζω.	*Ejuro.*	Verto.
ἀπόδαρμα.	*Abortus.*	Reverberatio.
ἀποδιάβασμα.	*Repudium.*	repetita lectio.
ἀποδιαβάζω.	*repudio, repulso.*	Relego. (sum.
ἀποκρέυγω.	*Bacchor.*	jejuno, sobrius
ἀποκτίζω.	*Possideo*	Lucror.
ἀπολυτικὴ.	*Testimonium dimissionis, epistola dimissoria.*	Preculam ultimam & meretricem denotat.
ἀπονοῦμαι.	*Minor.*	Defatigor.
ἀποπάτευμα.	*Lutum, cœnum.*	Concalatio.
ἀποπλερώνω.	*Impleo.*	Debitum solvo.
ἀποσυφωνιάζω.	*Repræsento.*	syphonem è dolis detraho, venditionis vini finem impono.
ἀποτζίπποτος.	*temerarius, insubitus.*	Impudens.
ἀποτζιπποχία.	*Repudentia, vecordia.*	ἀποτζίμποτος.
ἀποτζιφνίζω.	*Recuso.*	Sternuto. (α)

ἀποφα-

(α) à Gallinarum sternutatione acceptum, quæ apud Thraces τζίφνα vocatur. Quare & sternutantibus, cùm

ἀποφαθὲν.	*Judicatum, res judicata.*	ἀποφασισμένων
ἀραθυμιὰ.	*Cholera, bilis.*	Socordia, ira.
ἀραθυμός.	*Iracundus.*	ἀράθυμος.
ἀργητὰ.	*Mora.* fort. ἀργέτα,	Tardé.
ἀργοπροπατῶ.	*tarde modo.*	ἀργοπεριπατῶ.
ἀρθοῦνι.	*Arteria.*	Facies.
ἀρμενίζω.	*Vela pando.*	Armenum me præsto.
ἀρχοντας.	*Nobilis.*	Primores urbis.
ἀρχοντία.	*Nobilitas.*	Possessio.
Ἀσημογράφος.	*Argenti Præfectus.* Silber-Kammer.	Sculptor argenti.
ἀσθηθι.	*Pectus.*	Αστῆθι.
ἀσκάνθαρος.	*Scarabeus, Cantharus.*	Κάνθαρος.
Ἄσπρον, ἀσπρὸ.	*Pecunia, moneta minutior.*	Ἄσπρον.
ἀστατασύνη.	*Inconstantia.*	i.q. ἀκαταστασία.
ἀστοχασία.	*Temeritas.*	Oblivio.
ἀσυληφάρωτος.	*Effrenus.*	ἀσαληβάρωτος.
ἄτζαλα.	*Petulanter, indecore.*	Putrida.
ἀτζαλουτζικός.	*Subobscœnus.*	fictum sine dubio.
ἄτυχος.	*Malitiosus, sceleratus.*	Infortunatus, infelix.

cùm aliàs σωθῆς, vel εἰς ὑγίαν σου, dicant, amicis jocando τζίφνα dicunt, ùt etiam inter Latinè loquentes Studiosos Salix dictum per jocum audivi pro Salus.

Ἀυγίφως.	*Lucifer.*	Ἀυγέφορ.
αὐγόπιτυς, αὐγάπιτις.	*ovorum fruſtra.*	i. q. αὐγάπιτις.
αὐθέντης.	*Dominus.*	αὐθέτης.
ἄφορεα.	*Amphora.*	Importabilia.
ἀφορμάνης.	*Morio, mente captus.*	qui rixandi cauſam quærit.
ἀφορμίζω.	*Inſanio.*	Simulo cauſam.
ἀφορίσμα.	*Conjecto.*	Deſpicio.
ἀφρύδι.	*Supercilium.*	Spumula.
ἀφρύδατος.	*ſupercilioſus.*	Spumatus.
ἀχαιρέτζωτος.	*à tributo liber.*	Muſſelinus.
ἀχλύζω.	*Colluo.*	i. q. ἀλίζω.

B.

βαγίζω.	*Fodio.*	Inclino.
βαγία.	*Nutrix, ancilla.*	Laurus.
βαγίτζα.	*Famula.*	idem.
βαγίζω.	*Vagio.*	Inclino.
βαγισμὸς.	*Vagitus.*	Inclinatio.
βαΐα.	*it. qu.* βαγία.	Laurus.

Sed ne immemor limitum promiſſi mei eſſe videar, hic pedem ſiſto. Sat enim ex iſtis paucis conſtat, quanta ſit confuſio in vulgari atque communi Græcorum lingua, & quod una eademque vox apud diverſas Græcorum gentes aliam & aliam ſignificationem habeat. Neque dubitandum in N. T. hac nova Lingua edito, quam plurimas hujusmodi voces occurrere

rere, quæ Lectorem in errorum ſenſum inducere poſſunt. His ita declaratis jam ratio boni ordinis nos monere videtur, ut etiam illas exponamus voces, quæ Italo-Græcis, ſive plurimum Inſulanis, maximo opere uſu veniunt, à Græcis vero continentem inhabitantibus aliæ plane ignorantur, aliæ cachinnis excipiuntur.

CAPUT XIV.

In quo excipiuntur voces, quæ Italo-Græcis quidem maxime uſu veniunt, Græcis vero continentem inhabitantibus plane ignotæ ſunt.

QUicquid ſordidum putidumque hæc Neo-Græca Lingua ſecum fert, id totum Græcis debet, qui inſulas ac terras colunt, quarum plurimæ ſub ditione Venetorum habentur; nec minus vero Albanis, Bulgaris atque Wallachis, qui ex converſatione cum aliis Græcis, diſcunt quidem Græcam linguam, ſed cum neque ſcribere Græce poſſint, ita illam addiſcunt ac loquuntur, ut ſolent v. gr. Galli advenæ, Germanicam, antequam legere & ſcribere, & ſecundum regulas Germanicæ linguæ, Germanice loqui diſcant. Idem de Inſulanis Græcis & Nautis dicendum venit. Pauci enim inter hos ſunt, qui aut legere aut ſcribere poſſunt, cumque naves Italicas, Gallicas, Hiſpanicas, Anglicanas, Hollandicas, conſcendant, atque quotidie novis occurrentibus objectis nova etiam-

iam vocabula ſibi fingere neceſſum habeant, v. g. (a) σβαρέρα, (b) βατερία, (c) φέδα, (d) πύκλας, (e) γιβέλια, (f) ἀρτιλερία, & alia hujusmodi quam plurima, peregrina ita vocabula Græcæ immiſcent linguæ, Deinde poſt aliquot annos domum reverſi Liberos etiam ſuos atque uxores hâc lingua inquinare ſolent, unde novus inter inſulanos Græcè loquendi reſultavit modus. Ex hiſce non defuerunt, qui Venetiis, in Gymnaſio Græco, de quo ſupra jam diximus, elegantioribus literis operam dederunt, ut patet ex Agapio Cretenſi, Demetrio Zenone, Zacyntheo, Maximo Calliopolita, Matthæo Tzigala Cyprio, Manuel Glyzonio Chienſi, Seraphimo Mitycinenſi, & aliis quam plurimis, qui poſteaquam aliqualiter Poëtas antiquos aliosque difficiliores Scriptores Græcos intelligere ceperunt, ſe cæteris Græcis doctiores exiſtimantes, ſtatim, ut ſolet Juventus, aut ex cerebello ſuo aliquid fingere, aut purioris linguæ ſcriptores, in linguam, qua ab incunabulis erant imbuti, transferre laborarunt, perſuaſi, & ſibi honorem non levem apud

(a) Italicum eſt Sbarrare, clangorem edere, (b) βατερία Gallicum eſt, Batterie, vel ex Italico Batteria, Agger (c) φέδα Italicum, Feda, fides (d) πύκλας Anglicanum Puckles fibulæ ſ. quod Germani Schuh-ſchnallen appellare ſolent. (e) γιβέλια, Italico-Germanicum eſt, Italicè enim ſtivalla denotat Ocreas quas Germani Stiefel vocant (f) ἀρτιλερία Italo-Gallicum, Gallicè artillerie & Italicè arteglieria, & artelaria.

apud populares ſuas conciliaturos, & magnam utilitatem Patriæ collaturos, ſi fabulas Æſopi, Bertoldum, ex Italico Idiomate, Homeri Batrachomyomachiam & alios plurimos in linguam tam miſeram ederent, ignorantes ſanè, quantum hoc ipſo patriæ damnum intulerint. O quanto melius feciſſent, ſi in patriam reverſi juventutem elegantioribus iitteris inſtruxiſſent. Aſt deliciis ac voluptatibus Italiæ mancipati omnes fermè ac ſinguli & vixerunt & mortui ſunt Venetiis.

Hic me experientia innixum loqui ex ſequentibus patebit. Nondum decimum ſextum ætatis exegeram annum, cum Conſtantinopoli una cum Mylord Pagett, ad Sultanum Turcicum REGIS GUILIELMI Oratore per Hungariam atque Auſtriam, Angliam peterem, cumque iter hoc tredecim menſium ſpatio abſolviſſem, indignum exiſtimabam, ſi non & ego ſupra dictos Autores imitans aliquid poſteritati memoria dignum relinquerem. Incepi igitur Itinerarium quoddam ſeorſim conſcribere, & quæcunque obſervaveram ordine diſponere; ac compoſui quidem verſibus, quos Politicos vocant, non inelegantem tractatulum, quod ad res quidem attinet, nam & pacis conditionem & cauſas pacem concludendi, & Legatorum numerum atque ad Sultanum munera, illiusque reciproca ad alios Principes exactiſſime delineavi, & quod non poſſum ſine riſu meminiſſe, in omni diſpoſitione & ordine ſumma diligentia Homerum, quem tum temporis quoti-

Πανθάυμαςον δεήγημα, ϗ θάλοιο τ̃ μηλέως.
Σόλωνα ἀθηναῖων ἔγραψε, ϗ χίλωνα λακαίνης,
βίαν τριένσιον ἀσίας, πίθακον μιτυλήνης.
Κλιόϐυλον λύδιον, περίανδρον κορίνθια,
Ἀκόμι ϗ Ἀλέξανδρον, τὸν μέγα βασιλεῖα.
Πολέμων κατορθώματα τ̃ παλαιῶν μερώπων,
Τὸ γράμμα τὰ φανέρωσεν ἐις ὀφθαλμὺς ἀνθρώπων.
Καὶ φαίνονται ὡς ἦν ἐχθές, ἐις νῦν αὐτὰ νοῦνται.
Ἐις κόσμον ἐξαπλώθηκαν, ἐις ὅλυς ἐνθυμῦνται.
Νῦν δὲ κἀγὼ Ἀυθένταμυ, ἄλλον δὲν φανερώνω,
Χάρτην δὲ σοὶ μὲ γράμματα, παγέτη ἀφιερώνω.
Καὶ δέχυ σοῦ παρακαλῶ, ἂν θέλῃς ἐλευθέρως,

Ὅτι κἀγὼ &c. (α) Hocce vulgari nostra lingua compositum poëma, quamvis multis Parasangis Batrachomyomachiam aliaque, ab Italo-Græcis composita ut omnibus patet, superet, tamen â prædicto Præceptore meo, consilium datum mihi fuit, ne id tum temporis in lucem ederem, ac isto equidem tempore invidiam commotum id mihi prohibuisse existimabam. Infantilis admodum suspitio! Nescio enim quem mihi inde imaginabar applausum (nec dubito, eadem vanitate Italo-Græcos illos laborasse, qui sordida hæc carmina nobis tradiderunt) nunc vero non possum non immorta-

(α) Latinam translationem ideo negleximus, quia certo certius nobis constat, illos qui mediocriter N. T. Græc, explanare possunt ea non indigere.

mortales ei persolvere gratias quod consiliis suis id averterit, cujus forte me pœniteret imposterum. Sunt enim, ingenue fateor, sunt, & in hoc nostro poëmate, non solùm μειρακιώδη, & infantili ingenio turgida multa, verum & ex lectione Italo-Græcorum poëmatum, plurimæ sordes nostris insertæ, cum animus noster ac ingenium tale semper evadat, qualibus imbuitur præceptis, quæ aut â viva voce, aut ex lectione librorum proficiscuntur. Procœmium quoque libelli nostri ita sonat:

Ὁτάλας ἐγὼ ἀρχίνισα τὰ πράγματα νὰ γράψω,
Μυλόρδ παγέττου ἀγαθοῦ, καὶ θέλω νὰ μὴν πάυσω.
Τὰς καλοσύνας π' ἔκαμεν εἰς ὅλην τὴν τουρκίαν,
Εἶτ εἰς βρατταννίαν ἔστρεψεν ἀπὸ τὴν Ουγγαρίαν.
Ἀλλὰ δέομαι πρῶτα τοῦ θεοῦ σοφίαν νὰ μοι δώσῃ,
Καὶ νὰ μὲ κάμῃ εὐφυᾶ τὸν νοῦν μοῦ νὰ φωτίσῃ.
Νὰ δυνηθῶ ὁ εὐτελὴς διὰ νά ἐπαινήσω.
Μυλόρδ παγέττην τὸν σοφὸν ἐφ' ὅσον θέλω νὰ ζήσω.
Καὶ γάρ αὐτὸς γνωρίζεται εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην,
Ἀγάπην γὰρ ἐτέλεσεν νῦν λύκος ἀρνὶ ποιμαίνειν.
Αὐθέντην ἐξοχώτατον. &c. Apospasmata hæcce non aliam ob causam hic adjecimus, quam ut verbis nostris fidem faciamus, quod videlicet, uti Homerus ab Achillis ira initium capessendo totum Trojanorum bellum miro

ordine nobis expoſuerat, ita & nos Simiæ inſtar à Mylord Pagetti beneficiis in Turciam (unicus enim Mediator ad Pacem concludendam à Magno Sultano conſtitutus erat) initium facientes totum illud bellum, ac virtutes, & vitia utriusque Imperii exactiſſimè, & quantam ſagacitatem natura Juventuti noſtræ tribuerat, delineaverimus. In ſecundo Libro de peregrinatione propria, alterum Ulyſſem fictum jactitavimus; aſt nondum abſolutum opus, quippe jam majora experimur. Sed hæc miſſa facimus ne nimis immaturam ac infantilem prorſus gloriam inde affectare videamur. Nos enim hæc non alium in finem hic addidimus, quam ut facilè pateat, quam abſurdis, quàm inconcinnis, quamque ridiculis Rhythmis Italo-Græcorum illa poëmata abſolvantur. Igitur denuo Lectorem hic monemus: ejusdem & illos fuiſſe farinæ, qui hâc lingua Libros, jam jam ſupra enumeratos ſcribere cœperunt, ac utinam tam purâ communi linguâ ſuos exaraſſent verſiculos, miſſasque Italicas atque Turcicas voces feciſſent, forte non in tantum ineptiarum chaos Inſulani perveniſſent, ut à Græcis, qui terram continentem inhabitant, ægerrimè intelligi poſſint; Quod ut melius pateat, afferam ex multis jam nominibus collaudato Compendio Gloſſarii Celeberrimi Joh. Mich. Langii aliquot voces per totam continentem Græciæ terram non minus ignotas, quam Germanicæ aut Anglicæ.

Itale-

Italo-Græc.	Denotant	*Græcis ignota.*
Ἀγενέυω.	*Insolesco*	Imberbis fio.
ἀγναπάελσις.	*Indeceptus.*	
ἀγνισέυω.	*Inesco.*	ἀγκιστρεύω. fort.
ἄγκυρα.	*Anchora.*	ἄγκυρα.
ἀγκυρί.	*Uncinus.*	
ἀγκυρωτὸς	*Aduncus.*	
ἀγυλη	*Silentium.*	
ἀζάπιδες	*Janizarii.*	
ἀθίζω	*Exhalo.*	id. q. ἀθίζω.
ἄθο.	*Cinis.*	
ἀθόπελο.	*Flosculus.*	
ἀθῶ	*Floreo.*	
αἱματζάρης	*Sanguinolentus*	
ακα ακία	*Acies, militum ordo.*	
ἀκαντὸς	*Idoneus, sufficiens.*	
ἀκιδῦκτο.	*Aqueductus.*	
ἀκλυθῶ	*Sequor.*	
ἀκονέυγω	*Diversor.*	
ἀκορδισιὰ	*Relaxatio.*	
ἀκόρδισος	*Relaxatus.*	
ἀκρατέμον	*Merum leviusculum.*	
ἀκτα	*Acta.*	
ἀκτουερίφο.	*Actuarius.*	
ἀλα	*Ala militaris.*	
ἀλάγι	*Turma equitum.*	
ἀλάτζι	*Sal.*	

Ἀλεπῆ	*Vulpes.*
ἀλισιὰ	*Lixivium.*
ἄλλαμα	*Mutatio.*
ἀλλοιαρέυω	*Equos curo.*
ἀλωπεδόγκινα	*Pellis vulpina.*
ἀ̓λυσὰ	*Lixivium.*
ἀλωνίτζιον	*Arca parva.*
ἀμάνιτης	*Placatus.*
ἀμανίτης	*Fungus.*
ἄματα	*Quandoquidem*
ἀμαχὴ	*Pignus.*
ἀμάχεμα	*Pignoratio.*
ἀμαχέυγω	*Pignus capio.*
ἀμαχοβάινω	*Pignoror.*
ἀμαχοδίδω	*Pignori do.*
ἀμαχοπέρνω	*Pignoror.*
ἀμάχρωτος	*Imbellis.*
ἀ̓μβιτέυγω	*Ambio.*
ἄμβυξ	*Vas Chymicum.*
ἀμίρωτος	*Indomitus.*
ἀμμὰς	*Mater.*
ἀμμάτι	*Oculus.*
ἀμματάκι	*Ocellus.*
ἀμματὰς	*Oculatus.*
ἀμματόκλεδον	*Palpebra.*
ἀμπλα	*Ampulla.*
ἄμπυλα	*Ampulla.*
ἀμφοδάρχης	*Viarum curator*
ἀνάβολος	*Incommodus.*

Ἀναβροξὰ	*Imbrium penuria.*
ἀναγκὶὸ	*Latrina.*
ἀναλεκτικιάζω	*Singultio.*
ἀναλεκτικίασμὰ	*Singultus.*
ἀναμανίζω	*Expanſis brachiis amplector.*
ἀναμαρδάνω	*Sordido.*
ἀναμαρδοσιὰ	*Sordes.*
ἀναμάρδωτος	*Immaculatus.*
ἀναρεσὶα	*Injucunditas.*
ἀναχανιάρης	*Anhelus.*
ἀναχανιᾶμαι	*Anhelo.*
ἀναχύσω	*Aro.*
ἀνδέρα	*Inteſtina.*
ἀνδριαντάριον	*Sigillum ſtatua.*
ἀνεμολόγος	*Spiraculum.*
ἀνοιγμάδα	*Hiatus.*
ἀντιβαρίσκω	*Elido.*
ἀντιμάνγω	*Compenſo.*
ἀντηύλι	*Vallum.*
ἀξαγλισήρι	*Hauſtrum.*
ἀξαγλιῶ	*Exhaurio.*
ἄξαμο	*Examen, dimenſio.*
ἀξανοιχτὴς	*Speculator.*
ἀξιγκίνω	*Adulor, allicio*
ἀξίγκισμα	*Illecebra.*

Ἀξιγκειυτὴς	*Adulator.*
ἀπανεμιὰ	*Tranquillitas.*
ἄπανν☉	*Soſpes.*
ἀπληκεύγω	*Applico, diverto.*
ἀπλήκτον	*Diverſorium.*
ἀπλήκτε	*Caſtra.*
ἀπογλαικῶ	*Diſcurro.*
ἀποκόβγω	*Ablacto.*
ἀπόκοπος	*Exſectus Caſtratus.*
ἀπομινίσκω	*Fero, tolero.*
ἀπορκάλιγος	*Devius, invius.*
ἀποφάγω	*Poſtprandium.*
ἀποχύμαν	*Pix, navibus deraſa.*
ἀκάες☉	*Fiſci Præfectus.*
ἀρκλα	*Arcula.*
ἀρκλαῖς	*Arcularius.*
ἀρκλήτζα	*Arcula minutula.*
ἁρματύεσκι	*Armorum exertatio.*
ἁρπῶ	*Rapio.*
ἁρσινάλης	*Navale.*
ἁρτελαρία	*Artiglaria.*
ἀρτζίνεκ☉	*Maſculus.*
ἀρτζίνι	*Reſina.*
ἀρχιεβέσκος	*Archiepiſcopus.*
ἀτεργίαγος	*Abſonus.*
ἀτέλαγος	*Diſpar.*

Ἀτζαλάδα	*Sordities.*
ἀτζαλιὰ	*Excrementum, pudor.*
ἄτζιον	*Tibia, crus.*
ἀυκρηστήρι	*Auditorium.*
ἀυτιστήρι	*Auriscalpium.*
ἀφάλη	*Umbilicus.*
ἀφαρὶ	*Statim.*
ἀφώρασις	*Suspicio.*
αχιλιὰ	*Cinis.*
αχχος	*Turba.*

β.

Βάγια	*Avia.*
βάγγα	*Fossa.*
βαγιόλι	*Cribrum, Vannus.*
βάκλον	*Baculus, Fustis.*
βακρίζω	*Latro.*
βαλλίζω	*Salto.*
βάνδον	*Vexillum.*
βανδοφόρος	*Vexillifes.*
βαντᾶ	*Terminus.*
βάττα	*Banda. &c.*

& ita porro plane ignota Epirotis Græcis

Sed cogor hic sistere pedem, ne totum hoc compendium, in usum hic meum transcribere videar. Nam sancte jurare ausim, cum in hoc Glossarii compendio, sex millia sexcentæ circiter comprehenduntur voces, esse mille

vocum, quæ ubique in continente notæ ſunt, cæteræ, aut Latinæ, aut Italicæ, aut etiam à Porcio fictæ, plane ignorantur. Nam hic bonus Vir, cum ſummam adhibuerat induſtriam his vocibus ex ore Nautarum colligendis, non dubitavit, etiam nonnullas, ſaltem ex conjecturâ, fingere: videlicet à nominibus fingere verba, adverbia, & vice verſa; imo etiam adjectiva, diminutiva, & alias partes orationis ad lubitum qualia ſunt v. g.

Ἀπτζιμπχία,	*Impudentia,*
Ἀτζροπελικέω.	*Fulmino,* (α)
Ἀτζαλέυγω	*Inquino*
Ἀτζαλώνω	*Item.*
Ἀτζαλατζικός.	*Subobſcenus* ut inter D. Lang.
Ἀυγογενῶ	*Ova pario.* (β)
Ἀχορτατῶ	*Inſatiabiliter.*

Ceteraque pene infinita, hujusmodi inſipida vocabula, ut taceam jam ridiculum illud, quod in hiſce ſuis Gloſſariis, vel etiam Balbutientium voces, non aliter, quam Alcibiadem Comici balbutientem in Scenam produxerunt, exprimere conati ſunt, ut eſt illud: βυλκόλακκας &c. Idque fortaſſis ideo, ut ſaltem pagellas ſuas

(α) Latine quidem bene ſonat, ſed apud Græcos nubium eſt vox, non hominis. (β) Forte ex ore Gallinæ cujusdam hoc audivit. multa non minus etiam accentu peccant.

suas magis magisque augerent, ac erudito mundo non nihil novi, sed plane inutile atque insipidum attulisse videantur. Qualem enim utilitatem aut jucunditatem Doctis, cum suis Græco-barbaræ Linguæ Glossariis attulerint, non video, nisi ut in Bibliothecis suis aliquid rari habeant. An fortè ut eorum ope Libros, quos moderni Græci conscribunt, intelligant? Ast præterquam, quod admodum rari sint, in hisce regionibus, etiam in iis vix decem inveniuntur voces, ad quæ intelligenda Glossario quodam sit opus. Hoc sane idem esset, ac si in Græcorum gratiam Germanicam linguam cultiorem intelligentium, ignorantium vero Rusticorum Germanorum varias Dialectos, in quibus vel pauciſſimi libri, & illi ad risum commovendum potius, quam ad aliquam utilitatem sunt compositi, vellem ego integrum Græcis meis Glossarium componere, ut sic etiam sciant, quomodo Rustici Germanorum loquantur. Tantam tale Glossarium Græcis afferret utilitatem, quantam Germanis, aliisque Gentibus, qui veterem linguam callent, Græco-barbarum, Porcii &c. Glossarium. Profectò si quis vellet & oleum, & operam simul & semel perdere, is sane facili negotio ex reliquis linguis omnibus hujusmodi Glossaria nobis componere posset; sed opus esset dementis, hujusmodi rebus operam impendere, quæ aut parum admodum, aut nihil utilitatis in se comprehendunt.

Hæc cum ita ſe habeant forte neceſſe eſſet, ut cultiores, cum Germani, tum Galli, Itali, Angli, cæterarumque gentium homines, Ruſticorum incultam linguam addiſcant, ut cum rura aliaque loca petunt, poſſent cum Ruſticis Ruſticâ confabulari linguâ. Et ſanè ex hujusmodi principiis Barbaro-Germanicum Gloſſarium atque Grammatica peregrinantibus in Germania, ubi tot commercia florent, valde neceſſarium foret. Nam in plerisque locis, non ſolum corruptâ, verum & diverſiſſimâ linguâ, ut ſupra jamjam oſtendimus Ruſtici utuntur: idem de aliis nationibus dicendum venit; ut taceam jam, quod hi homines alias & alias Phraſes formulasque loquendi indies excogitent. Igitur quale illud Lexicon aut Gloſſarium foret, quod hæc omnia comprehenderet, ita ut ex eo deinceps peregrini illorum Phraſes ac formulas addiſcere queant? ergo vel perfectiſſimum Græco-barbaræ Linguæ Lexicon parum admodum utilitatis Lectoribus ſuis, niſi riſus forte argumentum ſuppeditabit. Indies enim aliquid occurrit, vel quid accidere ſolet, quod uni forte provinciæ, imo civitati, vel pago, notum eſt, à cæteris ignorantur. v. g. μὲ ἤυρεν ἡ ἀδικία τῦ σαύρυ i. e. ut in germanica lingua exempla ſicco præteream pede; *Invenit me injuria Stauri.* Horum verborum ſenſus Lariſſæ quidem in Patria mea dulciſſima notiſſimus atque maxime planus eſt.

est, ob injuriam, quam hic Staurus ante annos quindecim, & quot excurrit, ibi passus fuit, sed quis quæso, vel tribus milliaribus Laryssa distans hujus proverbii significationem, priusquam ille totam audiret historiam capere posset? Cui igitur usui hujusmodi Glossaria sint futura, non video, cum nunquam ita perfici possint, ut omnium provinciarum unius gentis dialectos in se comprehendant. Dictionaria ex libris conscriptis componi debent, quos ut intelligant tantum Docti ac Eruditi Viri desudarunt; Quotidianum verò unius gentis, Germanicæ v. g. sermonem ac voces, modumque loquendi nullum sane Dictionarium, aut Glossarium, cum hæc semper sint mutationi obnoxia capere potest. Præterquam enim, quod in diversis regionibus diversimode pronunciatur, etiam indies aut ad meliora, aut ad deteriora linguæ properant. Quanta enim abhinc seculis tribus, Germanicæ ac Bohemicæ linguæ mutatio facta sit, neminem inter eruditos esse opinor, cui non palam constat. Jam v. Porci allorumque Glossaria, neque integram Græcanicæ gentis (nam non omnium regionum dialectos noverant) linguam comprehendunt, neque omnium temporum loquelas exprimere possunt, igitur curiosa magis nobis hi Viri proposuerunt, quam vera, atque utilia. Nam ad Libros eorum, in communi linguâ scriptos, intelligendos, sanè nullum

lum usum præbere, ex sequentibus, è Catechismo Græcorum, in communi linguâ conscripto depromptis verbis cuique facile constabit; quæ ita sonant.

Ὀρθοδοξ. ὁμολογία τ πίστεως τ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς. Ἐρώτησις α. Ὁ ἄνθρωπ. ὁ χρισιανὸς. ὁ ὀρθόδοξ. καὶ καθολικὸς, τί χρεωστεῖ νὰ φυλάξῃ, διὰ νὰ κληρονομήσῃ τ ζωὴν τ αἰώνιον, Ἀπόκρισις. Πίστιν ὀρθὴν, καὶ ἔργα καλὰ. διότι ὁπ. τὰ δύο ταῦτα χρειάζεται εἶναι καλὸς χρισιανὸς, καὶ ἔχει βεβαίαν ἐλπίδα τ αἰωνίου σωτηρίας. μαρτυρέσης τ ἁγίας γραφῆς, ὁποὺ ἐξ ἔργων δικαιοῦται ἄνθρωπ., καὶ ὄχι ἐκ πίστεως μόνον, καὶ ὁ λόγ. κατώτερον. ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματ. νεκρόν ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι. καὶ ἀλλαχοῦ ὁ Παῦλ. ὁ θεῖ. λέγει τ αὐτὸ, ἔχων πίστιν κ ἀγαθὴν συνείδησιν. ἥν τινες ἀποσάμενοι περὶ τ πίστιν ἐναυάγησαν. Καὶ ἀλλοχοῦ. ἔχοντες τὸ μυστήριον τ πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. Ἐρώτησις β. Διατὶ χρεωστεῖ ὁ χρισιανὸς νὰ πιστεύῃ πρῶτον, κ ὕστερα νὰ κάμῃ τὰ καλὰ ἔργα; Ἀπόκρισις. Ἐπειδὴ εἶναι, ἀδύνατον νὰ ἀρέσῃ τινὰς τ θεῷ χωρὶς πίστιν, κ τὸν Παῦλον λέγοντα. χωρὶς πίστιν ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι.

Πιστ-

πιςεῦσαι γὰ δεῖ τ προσερχόμενον τῷ Θεῷ. ὅτι ἐςὶ, κ τοῖς ἐκζητᾶσιν, αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. Διὰ νὰ ἀρέσῃ λοιπὸν ὁ χριςιανὸς (a) τῷ Θεῷ κ τὰ ἔργα τ νὰ εἶναι εἰς αὐτὸν εὐπρόσδεκτα, πρῶτον πρέπει νὰ ἐχῃ πίςιν εἰς τ Θεὸν κ δεύτερον νὰ ἐυθύνῃ τ ζωλύ τ κ τὴν πῖςιν. Ἐρώτησις γ. Τὰ δύο παῖδα εἰς τί χρειάζονται; Ἀπόκρισις. Εἰς τὰς τρεῖς θεολογικὰς ἀρετάς. ἤγουν εἰς τ πίςιν. εἰς τ ἐλπίδα. κὴ εἰς τὴν ἀγάπην. κ τὰς ὁποίας θέλομεν μερίσειν κὴ τὰ τρία μέρη τ ὁμολογίας, ὥςε εἰς τ πρῶτον νὰ ὁμολογήσωμεν περὶ τ ἀρθρων τ πίςεως. εἰς τ δεύτερον περὶ ἐλπίδος, κὴ τῆς προσευχῆς τ κυριακῆς, κὴ περὶ τῶν μακαρισμῶν. Εἰς ἢ τὸ τρίτον, περὶ τῶν θείων ἐντολῶν, ἐν αἷς περιέχεται ἡ πρὸς Θεὸν κὴ τ πλησίον ἀγάπη. Πρῶτον μέρος τῆς ὀρθοδόξ ὁμολογίας, ἐν ᾧ περὶ πίςεως. Ἐρώτησις δ. Τί ἐςὶ πίςις; Ἀπόκρισις. Πίςις ἐςὶ (κ τὸν μακάριον Παῦλον) ἐλπιζωμένων ὑπόςασις, πραγμάτων ἔλεγχος ἀ βλεπομένων, ἐν ταύτῃ γὰ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. ἡ ἧτω πίςις ὀρθοδοξος, καθολικήτε, κὴ ἀποςολικὴ

(a) Errant sine dubio ii, qui hujus vulgaris linguæ Grammaticas scripsere, dicentes, Græcos modernos neque habere, neque uti Dativo, cum bis in hisce paucis verbis occurrat.

στολικὴ ἐστι, καρδίᾳ πιστεύειν, καὶ στόματι ὁμολογεῖν, ἕνα Θεόν τρισυπόστατον, μετὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Παύλου διδασκαλίαν, λέγοντος, καρδία γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. πρὸς τούτῳ πρέπει νὰ κρατῇ διὰ βέβαιον, καὶ ἀναμφίβολον ὁ ὀρθόδοξος χριστιανός. (α) &c. i. e. " Orthodoxa con-
" fessio fidei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ
" Orientalis. Quæstio prima. Quid tene-
" re atque observare Orthodoxus & Ca-
" tholicus homo Christianus debet, ut æter-
" næ olim vitæ hæres fiat? Responsio. Re-
" ctam fidem, & bona opera, qui enim hæc
" duo servat, ille bonus Christianus est; cer-
" tamque æternæ salutis spem habet, teste sa-
" crâ Scripturâ (Jacob. II. 24.) Videtis quod
" ex operibus justificetur homo, non autem
" ex fide tantum, tum paulo post: (vers. 26.)
" Nam quemadmodum corpus sine spiritu
" mortuum est, ita & fides sine operibus mor-
" tua est. Idem alibi divinus ille Paulus ad-
" struit: (1. Timoth. I. 19.) Habens fidem &
" bonam conscientiam: quâ repulsâ nonnulli
" fidei naufragium fecerunt. Et alio idem lo-
" co (1. Tim. III. 9.) Habentes mysterium
fidei

(α) Quo prolixius hîc adductum exemplum, eo memelius rem declarat, quod nempe in tam prolixa periodo vix unum alterumxe vocabum à Doctis ignorari possit.

" fidei in pura conſcientia. Quæſtio II. Num
" vero prius credere, & deinde bona opera ef-
" ficere debet Chriſtianus ? Reſponſio. Quo-
" niam ſine fide nemo Deo placere poteſt, ſe-
" cundum dictum Pauli (Hebr. XI. 6.) . Fieri
" non poteſt , ut ſine fide quisquam placeat.
" Nam qui ad Deum accedit, nunc credere
" oportet; & eſſe Deum, & remuneratorem iis
" eſſe, qui illum ſedulò quærunt, ut acceptus
" igitur Deo homo Chriſtianus ſit : ut illique
" grata ejus ſint opera ; primum fidem in Deo
" habeat, oportet. Poſtmodum ut vitam et-
" iam ſuam ad fidei regulam componat ac con-
" formet. Quæſtio III. Quibus in rebus hæc
" duo conſiſtunt ? Reſponſio. In tribus hiſce
" virtutibus Theologicis , in fide, in ſpe, in
" caritate, ſecundum quas etiam tres confeſ-
" ſionis hujus partes diſtribuere nobis animus
" eſt. Nimirum ut in prima parte, concordi
" confeſſione de articulis fidei agamus. In ſe-
" cunda, de Spe, & Oratione Dominica, &
" beatitudinibus evangelicis : In tertia deni-
" que de præceptis divinis , quibus caritas in
" Deum & proximum continetur. Orthodo-
" xæ Confeſſionis pars prima, de Fide. Quæ-
" ſtio IV. Quid eſt fides? Reſponſio. Fides
" (ſecundum beatum Paulum, Hebr. XI. 1.) eſt
" ſubſtantia earum rerum, quæ ſperantur: ea-
" rumque quæ non videntur demonſtratio, per
" hoc enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenio-

res.

"res. Aut hunc in modum Fides orthodoxa, "Catholica, & Apostolica, est corde credere, & "ore profiteri unum Deum, personis trinum, "idque secundum Pauli ipsius Doctrinam "(Rom. X. 10.) Corde creditur ad justitiam, "ore fit confessio ad salutem. Ad hæc pro certo atque indubitato tenere debet Orthodoxus "Christianus, &c:

Jam quis quæso! qui novum saltem Testamentum explanare mediocriter valet, non hæc omnia absque ullo Barbaræ linguæ Glossario facile intelligere potest? Fortasse si hæc Græco-Barbara glossaria non adfuissent, ignorassent Viri docti tantum thesaurum Batrachomyomachiæ Homeri, Æsopi fabellas, aliosq; minutiores libros jam è pura lingua Græca, jam ex Italica, in hanc Italo-Græcam linguam translatos; qui forte ad risum potius commovendum, ut Germanicum, quod supra à nobis datum est, carmen in hac ridicula lingua facti sunt, quam ut aliquam utilitatem lectoribus suis præbeant. Ceteros enim libros, quos hodie Græci scribunt, exiguum admodum ab antiqua puritate deflectere, fusius supra, & invictis argumentis comprobavimus. Dum enim plurimorum scriptorum modernorum exempla Lectori nostro suggessimus, nullus inter illos inventus est, qui hujusmodi sordida lingua utatur, qualis in hisce glossariis Italo-Græcorumque Scriptis comprehenditur. Vertit quidem olim *Petrus Allixius*,

Allixius, eruditorum decus, Nectarii (quem Fechtius perperam Patriarcham Constantinopolitanum & librum ejus huncce Jassi editum existimat,) opusculum ex communi Græcorum lingua in Latinam, Londinique edidit, ast ne vocabulum quidem (optime enim Virum novi) in hujusmodi glossariis evolvit, cum græcâ antiquâ linguâ sit eruditissimus; Tanta scilicet est hujusmodi glossarii penès Eruditos utilitas! Quicunque ex Europæis Græciam petere cupit, is linguam originalem, quâ Novum Testamentum scriptum est, probè addiscat, eaque loquatur, nec dubitet, quin ubique sit inventurus Græcos, qui ipsum intelligant, modo ita proferat omnia, ut pronuntiationem illorum imitari videatur, nec confundat literas, de quibus paulo infra clarius sum dicturus: Sed cum temporis tum ordinis nos ratio monet, ut illum ipsum Novi Testamenti textum Græco-Barbarum examini subjiciamus, quo clarius inde nobis pateat, utrum in illo quoque hujusmodi voces atque confusiones deprehendi queant.

CAPUT XV.

In quo oſtenditur Novum Teſtamentum in Græco-Barbara Lingua editum, hujusmodi vocibus, quæ in aliis quidem regionibus notæ, in aliis verò planè ignotæ ſunt, haud carere.

OPeræ pretium quidem foret, & ad inſtitutum noſtrum maximopere faceret, ſi omnes videlicet, N. Teſtamenti editiones in Græco-barbara lingua hactenus exhibitas, examini noſtro ſubjiceremus. Pateret enim hinc facile, quam miſerrime, quamque inconcinne, præſertim duæ priores editiones, quam altera cura Maximi Calliopolitæ Anno D. MDCXXXVIII. altera (conſtat totum opus alph 4.) Seraphimi Mitylenenſis correctione (corruptione melius dixero, ut infra facile patebit) Londini An. MDCCIII. prodiit; At cum jam alii Viri, iique graviſſimi, haud pauca horum interpretum inſcitiæ nobis ſuppeditarint exempla, tanquam thoraciſmò nos illorum teſtimoniis muniti, cetera quæ ex pectore noſtro rigida forte effundi poterant in nonnullorum gratiam facile ſupprimere hic poſſumus. Nam Vir Excellentiſſimus Dominus D. Joh. Mich. Langius, quem toties honoris cauſâ hic nominavimus, in Diſſertatione ſuâ Doctiſſimâ *Hiſtorico-Philologico-Theologicâ* Altorfii An. MDCCV.

MDCCV. habita, de editione Calliopolitana ex epistola calci totius operis adjecta hujusmodi censuram attulit: „ In fine totius operis, „ in quo habetur adhuc adjecta epistola, purius „ Græca, quæ Editorum est, quibus operæ pre„ tium fuerat visum, Lectorem de uno & alte„ro, tam ratione consensus inter textum ori„ginalem & Metaphrasin, quam ratione Or„ thographiæ Neo-Græcæ monere. Sunt autem „ fere tria, quæ in hac epistola habentur mo„ nita. Primum est quod alia editione Meta„ phrastes, alia autem Typographus fuerit usus, „ unde accidit, ut Textus Originalis non ubi„ que per omnia Metaphrasi consentiat, & „ propterea omninò necessarium est, hanc ex „ aliis editionibus aut supplere, aut concidere, „ quo Metaphrasis Textui originali omninò „ consentiat. Hoc monitum primum succedit „ alterum, quod ita habet: Deinde verò no„ tandum, quod frequenter distinctio versicu„ lorum non sit similis adeò ut una aut duæ vo„ ces ex præcedente in subsequentem, aut vice „ versa sint assumendæ. Denique monitum „ illius epistolæ tertium his verbis constat: „ Tandem vero monemus, Metaphraseos Or„ thographiam non esse vitiosam, licèt quibus„ dam aliter possit videri. Accurate enim sumus „ manuscripti exemplaris orthographiam se„ quuti; ipsi non differt ε, & αι atq; ι, η, υ, ει, οι, „ eidem æquipollentia sunt; confundit vero

„ quoque ο, & ω, & alia ſimilia, quæ ex lectio-
„ ne addiſcere licet. Hactenus potiſſima, quæ
„ videbantur propter hiſtoriam literariam, ex
„ epiſtolis, quibus verſio N. T. Barbaro-Græ-
„ ca, in editione illa prima, inſtructa habetur,
„ excerpenda. Mirum profecto Judicium horum Novi Teſtamenti Editorum. Anorthographiam non eſſe vitium nobis perſuadere nituntur, quaſi v. ignorarent Græci, per hanc Anorthographiam ſenſum non raro penitus corrumpi & in deterius mutari, ſed etiam Doctoribus politioribus Græcorum, perpetuum excitari riſum, & nihil de blaſphemiis impræſentiarum dicam, quæ ex hujusmodi Anorthographia ſolent oriri. Nonne vitium atque ſimul ridiculum foret, ſi quis vulgari hâc lingua ſcriberet: ἀγίαν κυνονίαν i. e. *Sanctum Canum Coitum*, pro: ἀγίαν κοινωνίαν: i. e. *Sanctam Congregationem in Cœnam Domini.* τὸ μέγα τῦ θεῦ ἔλαιον. i. e. *Magnum Dei Oleum*, pro: τὸ μέγα τῦ θεῦ ἔλεον. i. e. *Magnia Dei Miſericordia*, χοῖρα, *Sus*, pro: χῆρα, *Vidua*, & χῆρα, *Vidua*, pro: χεῖρα, *Manus*: & vice verſa. χρηςὸς *bonus*, pro: χειρὸς *Chriſtus* τὸν ἐδόμυσε *haſta eum perfodit*, pro: τὸν ἐδώρησε, *donavit ei*, ex antiquo themate δορατῶ, ζω, & δορῦμαι? & alias pene infinitas hujusmodi ambiguas ſignificationes, quarum & ſenſum obſcurantium & riſus plenarum plures in medium producere poſſemus, ex incauta anorthographia oriundas. Ideoque Modernis Græci

qua

quasi in proverbium illud evasit: τὸν μὲν λατῖνον ἐκ τ ἀναγνώσεως, ἐκ δὲ τ ὀρθογραφίας, τὸν ἕλληνα γινώσκομεν. i. e. *Latinum quidem ex Lectione, Græcum autem ex Orthographia cognoscimus, doctus ne an rudis sit.*

Id etiam ex hisce Calliopolitæ erroribus non absurdè conjecturantes, Adversariorum argumenta refringere possumus, propriisque quasi telis eos confodere, qui Modernos Græcos eo deveniisse barbariei audacter affirmare non erubuerunt, ut eo labore veterem Græcam linguam addiscere necesse habeant, quo cæteræ gentes in eadem desudant. Certo enim certius inde indicium emergit, Calliopolitam hunc nunquam artem Orthographicè scribendi ex regulis Grammatices didicisse, (α) alias non confunderet illa, quorum regulæ Grammaticales vetant confusionem; sed ex usu ac lectione Sacrarum Scripturarum, Sanctorumque Patrum ac Historiarum Ecclesiasticarum,

(α) Si simile quid requiris, *Christophorum Angelum* hic adducere possumus, Virum, ut ex ejus Scriptis constat Sanctissimum, Græca sane Lingua, qua in Tractatulo suo, de statu Græcorum istius tempestatis (multa enim aliter se habent nunc in Græcia secus ac ille descripserit) utitur; tam simplex ac plana est, ut nonnisi cum autodidactorum Græcorum lingua comparari queat. Nulla enim arte, nulla perplexione verborum utitur, in omnibus vero naturam sequitur. Græcis antiquis utitur verbis ut plurimum, nullam tamen antiquorum artem adhibuit, utpote, quam non didicit.

aliorumque Græcorum ſcriptis, ut plurimum noſtri Monachi in Monaſteriis ſolent. Quare hujusmodi homines, non modo Græca purâ linguâ in ſermone utuntur, præſertim, qui feliciori memoria gaudent, verum etiam ſcribere aliquid hâc linguâ poſſunt, in Orthographia tamen non minus pedem offendunt, quam plebs Germanorum, Anglorum, atque Gallorum, quæ vel ex converſatione cum cultioribus hominibus, vel ex lectione librorum elegantiorum, optimâ non modo colloquentes invicem, verum etiam in epiſtolis ſcribendis utuntur linguâ, ut ſæpius præſertim inter fœmellas obſervavimus, in orthographia tamen non poſſunt omnino ingenia, quæ in Scholis ac Gymnaſiis, Præceptorumque correctionibus ac vivæ vocis præceptis Grammaticis, polita ſunt, aſſequi. Quamvis enim hæ gentes Grammaticis ſcriptis ad propriam linguam melius excolendam, ut plurimum careant, tamen vivâ voce quotidie in Scholis atque Gymnaſiis, à Præceptoribus corrigi obſervavimus, quæ ni fallor, plus valent, quam multarum Grammaticarum lectio. Illi verò, qui hiſce præceptis caruere, vix, & ne vix quidem, errores orthographiæ evitare unquam queunt, quamvis cultiori in exarandis literis utantur ſtylo, præſertim ſi de Anglis & Gallis eſt ſermo, qui non ita uti ſcribunt, pronunciare ſolent. Niſi igitur vivæ vocis præceptis ac regulis (omitto jam

jam evolutiones Lexicorum, quæ meritò penes Eruditos magnæ Grammaticæ & habentur & dicuntur) orthographiæ addiſcendæ operam darent, non minus in eandem peccarent, quam noſter Calliopolita. Eodem quoque modo Græci noſtri â Linguâ communiori, ad cultioris culmen evehuntur. (α) Nam præter Conſtantini Laſcaris Grammaticam, nullam in Scholis ſuis admittunt Græci; quam autem imperfecta illa Grammatica ſit, penes Grammaticos Europæos eſto Judicium. Id vero in his maxime obſervandum venit: quod cum tot Modernorum Scriptorum Lectori teſtimonia ſupra ſuggereremus, nunquam in illis Diphthongos, atque breves cum Longis vocalibus, confuſas deprehenderimus, ut apud Αυτοδίδακτον Calliopolitam noſtrum, Viri Eruditi obſervarunt. E quibus haud excipiendus eſt Vir Excellentiſſimus D. Auguſt. Herman Francke, qui in præfatione editionis ſuæ hujus Novi Teſtamenti, quæ Halæ Saxonum An. 1710. prodiit, apertioribus oculis hos errores perſpexit. „ Nam in „ textu, inquit, verſionis Orthographia in edi„ tionibus binis prioribus admodum neglecta, „ hic ad Linguæ Antiquæ indolem normamque „ magno ſtudio fuit redacta. Sit exempli lo„ co differentia inter vocales uniſonas; ο, ω, ι, „ η, υ,

(α) Vid. Grammatic. noſtr. pag. 434. & 435. circa fin. & alia quæ ibi de naturâ Conſtructionis quæ Græcæ linguæ incumbendum.

„ η, υ, aliasque, illic minima, hic majori cura „ observata. Attamen quum Græci, qui apud „ nos vixerunt, inprimis verò Dom. Anastasius, „ ab ordinaria Orthographia in quibus abirent, „ factum inde, ut in hac editione usque inve„ niatur &c. & paulo post. Deinde Voces Tur„ cicæ & Italicæ, quibus priores editiones sca„ tent, quæque Græcis, si harum linguarum ex„ pertes fuerint, barbaræ & ridiculæ videntur, „ ejectæ κατὰ δύναμιν sunt, & Græcæ aut ἑλλη„ νικαὶ aut ἁπλαὶ in earum locum substitutæ. Ex quibus facillime cuique patet, Græcis continentem habitantibus, Lectionem istarum editionum insipidam, inutilem, obscuram, atque cachinnorum occasionem fuisse. Ad nauseam enim usque vocabulis atque Phrasibus peregrinis ubique harum interpretes utuntur. Non igitur immerito Jeremias, Sacerdos Græcus, ad Virum longe Celeberrimum D. Joh. Olearium Lipsiens. interrogantem per epistolas, dum Viennæ An. D. MDCLXIX. degebat, indignabundus hacce formula respondit: ἐρωτᾷς πωλεῖται ἡ καινὴ διαθήκη παρ' ἡμῖν ἑρμηνευθεῖσα εἰς κοινὴν γλῶτταν; ἰοὺ, ὅτι παρ' ἡμῖν ἡ καινὴ διαθήκη ἀναγινώσκεται γλώττῃ ἣ γεγράπται, καὶν ταύτην τινὲς μεθερμήνευσαν βαρβαροφώνως, ἀλλ' ἄχρηστος ὥπται ἡ (a) μετα-

(a) NB, ἡ μετάφρασις, interpretatio, inquit, inutilis vita est, digitum ad errores, in ea comprehensos, tendens:

μετέφεροις· οὐδεὶς γὰρ αὐτὴν ὠνήσεται. (β) Et recte quidem! Quis etenim tam ſtolidus foret, ut tanto pretio (γ) tam ridiculam interpretationem, ut ſupra viſa eſt Viro Excellentiſſimo D. Prof. Franckio, ſibi comparare vellet! Denique vel hoc ſaltem ſufficiens argumentum eſſet, quo hanc Calliopolitanam editionem ab omnium Chriſtianorum ſuorum Græci Lectione, exulem facerent, cum Calliopolita non (teſte Joh. Mich. Langio eadem Diſſert. & §. XVIII.) interpretatione, aut explicatione, SS. Patrum Græcorum, ſed Bezæ, uſus fuerit, quamobrem impune Adverſarii non poſſunt Græcis vitio vertere, quod eum ignorarent, quo Spiritu Beza afflatus ſcripturam interpretatus fuerit rejecerint ejus interpretationem; Cum Adverſarii *vulgatas* dictas editiones rejicientes ad Sacrarum Scripturarum originalem textum, indomito ac effrenato deſiderio ſinguli recurrant, quare hi ipſi, uti plurimos graviſſime in hoc pedem lædere obſervavi, non habent, quo Jure merito Græcos, pro ſuperſtitioſis venditare queant, quia rejecta *Theodor. Bezæ* interpretatione, qua Calliopolita uſus fuerit, lectione textûs originalis acquieſcunt.

P 5

(β) Vid. ſupra laudatam Diſſert. D.D. Joh. Mich. Langii §. VIII.

(γ) In Europa ſex florenis venditum eſt exemplar, quod forte in Græcia ad octo aſcenderit, ita Diſſert. Hiſtorico-Philogico-Theolog. ſæpe laudati D. D. Langii in qua §. IX. videndus eſt.

ſcunt. Quantus autem Fautor ſingularium opinionum bonus fuerit Beza, non ſolum ex Litteratiſſimi Literatorumque Phœnicis Leibnizii ſcriptis (α) conſtat, verum etiam ex illis verbis S. Joh. Evangeliſtæ Cap. VI. 53. & 56. edit. Stephan. Curcell. in variant. Lection. quæ ita ſonant: *Ad finem hujus verſus Beza in uno vetuſto Cod. addita hæc invenit:* καθὼς ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ κἀγὼ ἐν τῷ παῖδί. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ λάβητε τὸ σῶμα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ὡς τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν αὐτῷ. i. e. *Sicuti Pater in me eſt, ita quoque ego in Patre ſum; Amen, amen dico vobis, niſi accipietis Corpus filii hominis, ut panem vitæ, non habebitis vitam in eo.* Eandem Crambem bis coctam, ad nauſeam usque, ex puncto verſiculo 56. ex ſuo, *uno vetuſto Codice* (adde *ficto*) repetit. quid vid. Verba ſane, quæ nequidem inter Evangelica Lutheranos ſuſpicione carent, ne dum inter antiquitatum tenaciſſimos obſervatores Græcos. Ex iſtis ſane verbis non dubito, fore, ut ſi hæc quoque editio, quamvis originalem textum contineat, ad manus Græcorum perveniret, haud meliora fata experiretur atque Calliopolitæ & Seraphimi editio experta eſt. Non aberrat omnino Calculus, (β) de

(α) Vid. Tract. cujus Titulus: eſſais de Theodicée ſur la bonte: de Dieu, la liberté de l' homme, & l' origine du mal, tom. II. pag. 618. num. 416. & ſeq.

(β) Vid. Diſſertationem eruditiſſimam, de uſu & abuſu variant.

de hac Editione, Viri ſumme Reverendi atque Excellentiſſimi D. Doctoris Joh. Guil. BAJERI, Patroni mei & olim Præceptoris Μαθήσεως, æternum colendi, quem nuper admodum in diſſertatione quadam, hic in INCLUTA Univerſitate Altdorfina habita, adjecerit. Præter enim alias variantes lectiones huic editioni inſertas, quæ valde ſuſpectæ habentur, etiam Arianiſmo ſubolet in notulis illis, quæ priori Joh. Epiſtolæ capite cap. V. v. 7. & 8. ſubjectæ ſunt, in cujus crimen non abſurde forte etiam ſplendidiſſima Küſteri editio vocari poſſit. Satius igitur foret, ſi R. Calliopolita atque Cyrillus Lucaris Sanctorum Patrum, qui & plurimi & fuſiſſimi in interpretationibus Scripturarum ſunt, in ſua interpretatione ſecuti eſſent veſtigia, & non adverſariorum partes tuendo ſuſpectos ſeſe Eccleſiæ civibusque ſuis reddidiſſent. Non debent omninò Docti ac Eruditi ſi recto Judicio de Græcis uti volunt, Græcorum hac de re ſententiam, quæ circa finem, ſupra memorata Juſtini Hiſtoriarum Trogi Pomp. Compendii, exſtat, ignorare. Adjectus enim ibi eſt Dialogus, vel potius examen, *De vario ſcripturarum interpretandi modo*, in quo hujusmodi invenitur ſententia. (α) Δ. πίσαν μετά-

variant. Lection. Script. Altdorf. Superiori anno habit.

(α) Nomen Autoris hiſce verbis in fine hujus examinis adjectum eſt: προσετέθησαν δὲ τάυτα παρὰ Μιχαὴλ ἱερέως μήτρα, τῦ ἐξ ἰωάννου χάριν τινὸς αἰτήσαντος ἀυτά.

μετάφρασιν τῆς γραφῆς μεταχειριζόμεθα ἡμεῖς οἱ ὀρθόδοξοι χριστιανοὶ; Μ. ἐκείνην ὁπ ἐπαραλάβαμεν ἀπὸ τὴν ἀρχὴν, τὴν ὁποίαν ἅπαντες εὐσεβεῖς, χριστιανοὶ, τὴν ἀποδέχονται, ἀποστρεφ μενοι ἐκείνιας τὰς μεταφράσεις - - - - οἷ, τιλ γῆς εἶναι τοῦ λουθήρου, τοῦ οἰκολαμπαδίου, τοῦ Κα σταλλίωνος; καὶ τῶν ὁμοίων τους. i. e. *Præceptor: Quanam metaphrasi scripturæ Sacræ nos orthodoxi Christiani utimur.* Discip. *Illâ quam â primis Christianorum exordiis accepimus, quamque omnes Pii Christiani receperunt, aversamur vero alias metaphrases, quales est Lutheri, Oecolampadii, Castellionis & similes harum &c.* & quidem Jure merito id facere possumus; quamvis adversariis hæc Græcorum sententia non admodum ad palatum sit futura. Omnium enim absurdissimum sanè foret, homines Græcos natione, relicto textu originali, totque interpretationibus, atque explanationibus Sanctorum Patrum Græcorum, ad aliarum gentium Linguas atque interpretationes recurrere, qui quantumvis Græcæ linguæ periti sint, nullo hercle modo cum Græca natione (α) comparari possunt: ut suo loco clarius patebit. Quamobrem ex istis omnibus apertum est, quam absurda ac indigna sane ratione usi sint ii, qui manibus pedibusque editionem hancce Calliopolitanam Græcis obtrudere allaborarunt; Id quod

(α) Vid. Acta Erudit. Lipsiens. An. 1712. in Censur Barnes. Homerica.

quod poſtquam obtinere haud valuerunt, neſcio profecto, quibus non calumniis atque ſannis Græcos exceperunt; ex quorum numero haud excipiendus eſt Joh. Mich. Heinneccius, qui in parte ſecunda ſcripti ſui de Græca Eccleſia, cap. ni fallor I. neſcio quo zelo correptus, præter alia contra Græcos durius dicta etiam in ſummum impietatis crimen Græcos modernos vocare non dubitavit, quoniam præferunt textum originalem vulgari editioni atque interpretationi Calliopolitæ. Sed facile Virum Clariſſimum excuſare poſſumus. Cum enim tum antiquæ Græcæ linguæ, tum etiam recentioris parum ſit peritus, fieri aliter non poterat, quam ut in tam craſſos errores incideret. Si enim has omnes rationes, quas nos in hoc ac præcedentibus capitibus absque omni φιλαυτίᾳ, expoſuimus, recte perpendiſſet, non ita crude de rejectione hujus Editionis contra Græcos judicaſſet.

Sed heu! quid ego de corruptiſſima editione Seraphimi dicam, quæ anno MDCCIII. Londini prodiit? Si enim illam heic leviter ſaltem, ac fugaci oculo perluſtrare vellem, aut totam plane rejicerem, aut ad repurgandum ejus ſtabulum, herculeum ſane volumen mihi conſcribendum foret! In omnibus enim cæco quodam φιλαυτίας caſu graviter ſane pedem offendit ſuum. Leviter tamen, & ut manſuetudo ejus poſtulat, licet mitius, quam

par

par erat. Vir humaniſſimus D. Prof. Franckius in Præfatione ſuæ editionis hunc quoque taxat, dicens : " Tum lacunæ, quarum viginti & ſeptem obſervatæ in Londinenſi editione (*i. e. Seraphimi*) expletæ ſunt. Voces enim, verſuum partes, imo integri verſus hic illic in iſta editione emiſſi fuerunt. Et paulo poſt ; " Signa item diſtinctionum, " quæ in prioribus editionibus (*præſertim verò* " *Seraphimi*) ſe minus rectè habuerunt, nec " excuſari poſſe viſa ſunt. &c. Ut impræſentiarum taceam, Turcica & inſipida cachinnoque excipienda Italica vocabula ; quibus hæc Londinenſis editio maxime eſt referta. Rebus ita ſe habentibus, quis quæſo Græcorum Epiſcopus aut Patriarcha, tam ſtolidus, tamque barbarus foret, qui hujusmodi editiones facile admitteret, ac non tanquam ſummum Chriſtianorum Græcorum detrimentum ex omnibus oris ac Græciæ terminis exterminaret? Profecto nec quidem ruſticus græcus, lectione dignam hujuscemodi editionem exiſtimaſſet, niſi ea malitia atque ignavia fuiſſet inſtructus qua Seraphimus. Admiror itaque vel etiam Eruditiſſimos nonnullos inter Europæos ſuccenſuiſſe Patriarchis Græcorum, quod hujusmodi erronearum ac corruptiſſimarum Novi Teſtamenti editionum Lectores publico anathemati ſubjecerint ; Quod de originali textu, quamdiu græca durat Eccleſia, nec factum unquam

unquam audivimus, nec fiet fortassis. Nam Vir quidam haud leviuscula fama inter Doctos celebratus, quem verecundia nostra tanto Viro debita nominare haud patitur, causas harum editionum rejectionis prætexens; ita loquitur: " Qui (*Græci nempe*) facile præ-" fationem utramque & maxime quæ §. V. & " VI. tam ex maximi Calliopolitæ, quam ex " Patriarchæ Cyrilli epistolâ excerpseramus, in " malam partem acceperant: Qua quemad-" modum Græci, perquam offendebantur, ita " non est mirum, quod metaphrasin illam pro " pignore istius habuerint collusionis, & id-" circo totam operam parvi fecerint. Equidem haud leviuscula argumenta ad hanc falsam & supposititiam causam refellendam, huc adducerem, ni unico ictu hunc putatitium nodum solvere possem. Agedum! Vir celeberrime ac Patrone æternum colende, (haud enim ingratus hospes sum sex fermè mensium, sed ut ait Aristoteles: ἀμφοῖν φίλοιν ὄντοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν, i. e. *Cum uterque sinus amici, beatius est præferre veritatem amicitiæ*, Platonem summum Præceptorem suum vellicans) dic absque ulla invidia: Si novum Testamentum in ipsa Græcia (carente Germania typis) in rusticorum germanorum linguam, tam incorrectum, tam obscurum, tot Italicis, Gallicis, Hollandicis (hæ sunt enim Germaniæ vicinæ regiones) vocibus plenum,

ut

ut nihil de lacunis multorumque verſuum defectibus atque ſummo pretio, impræſentiarum dicam, prodiiſſet, Græcique hujusmodi editionem vel dono Germanis miſiſſent, utrum ne docti ac eruditi Germani populo exemplaria diſtribuenda curaſſent, ejusque lectionem commendaſſent, an vero inſipidos imprudentesque Græcos cachinnis riſuque excepiſſent? Imo vero hunc ipſum codicem novi Teſtamenti ejicerent & innumeri crabrones contra Græcos forte excitati fuiſſent. Quis tu hominum es? Quid tibi cum aliena eccleſia, imo quid cani & balneo commune? Nonne habent paſtores ſuos, qui pro ſubditarum ovium animis in extremo judicio rationem reddere poſſunt? Quis Te quæſo juſſit, alienas paſcere oves, illarumque curam gerere. Cur quæſo tam imprudenter in alienam meſſem falcem mittere conaris? Tu videſis, oves tuas quæ in manus tuas traditæ ſunt, bene ut cuſtodias! Noli Te inſerere rebus alienis, quæ tua nihil referunt. Hæc omnia procul dubio, & adhuc plura fortaſſis jure merito docti ac eruditi Germani contra Græcos inculcaſſent. Quid enim hiſce reſpondere poſſint, non video, neque enim ab Apoſtolis, aut ab ipſo Chriſto, ut ſummus Pontifex, univerſæ eccleſiæ Doctores creati ſunt, ut non modo occidentalis eccleſiæ, verum etiam Orientalium curam gerant. Multò ſane melius actum

ctum fuiſſet, ſi quisque Paſtor & Doctor ſuo ovili ſummam adhibuiſſet curam, cætera verò, plane neglexiſſet. Non enim pro aliis reſpondebit, ſed quisque pro ſuis ovibus Domino rationem eſt redditurus. Sed eò nunc temporis nonnulli devenere, ut ibi ſeminare velint, ubi nunquam ararunt, falcemque illuc immittere, ubi nunquam ſeminarunt. Num ſuis ovibus ita ſatisfecerunt, ut à nullo amplius rapaci ſibi timeant lupo aut leone, ut adeo ſecure poſſint ſuis relictis, aliarum etiam curam gerere? Tumidæ planè ſunt hujusmodi de ſemetipſis præſumptiones. Hic ipſe Vir celeberrimus unà cum Fechtio crudeliſſimæ Cyrillianæ mortis cauſâ Græcos accuſat, cum Thomas Smithius in vita Cyrilli clementiſſime de Græcis ſentiat, dicens: "Parthe-"nius Patriarcha effoſſas reliquias cadaveris "(*Cyrilli*) Conſtantinopolin efferri curavit. "Inde poſt ſolennes in templo Patriarchali "exequias, quibus ille & è Metropolitis non "pauci, ingensque cæterorum Græcorum, qui "Viri optimi dirum, ac triſte fatum, juſta miſe-"ratione, tacti, veris lacrymis deflebant, mul-"titudo interfuêre, decenti funebri pompâ, "plurimis quoque comitantibus, in templum "apud Ortaxui, quod ad Boſporum jacet, "terræ inſtratum corpus recondebatur. Non recte ſanè Viri doctiſſimi diſtinguunt Græcos unitos, & Romanæ factionis homines à Græ-

cis disjunctos, quos Schismaticos vocare amant; Ideoque crimen unius alteriusve inepti toti Græciæ confuse adscribere quotidie sed indigne solent.

Sed tamen objicient mihi: Tu Græcule, num inficias ibis, Cyrillum à plebe tua excommunicatum à thronoque Patriarchali dejectum fuisse? Tantum abest, ut id inficias eam, ut potius unà cum de la Croix adversariis Græcorum ambabus concedam manibus: Nec tamen Viri eruditi negabunt, illum tum temporis Johannis Calvini opinionibus imbutum fuisse, ut palàm ex epistola ejus Italica ad amicum quendam constat, quam hic subjicere non pigebit: *Per cio ho voluto scriver à V. R. e conteſtarvi, che mi ſiate teſtimonio, ſe jo muoro chè jo muora Catholico ortbodoxo nella fede del N. S. Gieſu Chriſto, nella dottrina Evangelica, conforme la confeſſione Belgica, la confeſſione mia, e le altre delle chieſe Evangeliche, che ſono tutto conformi. Abborriſco li errori delli Papiſti, & le ſuperſtitioni delli Greci: Provo & abbraccio la dottrina del Dottore meritiſſimo GIOVANNE CALVINO & di tutti, che ſentono con lui.* (a) Quorum sensus ex Interpretatione Doctissimi D. Langii, hic est: *Propterea volui ſcribere ad V. R. vosque obteſtari, ut mihi ſitis teſtimonio, ſi fuero mortuus, quod mortuus ſim, tanquam*

(a) Vid. Hornbecc. in summ. controversiar. pag. m. 985. & Diss. supr. laudata Langii, pag 15. §. XVII.

quam Catholicus Orthodoxus in fide Domini noſtri Jeſu Chriſti, in doctrina Evangelica, conformi confeſſioni Belgicæ, & meæ confeſſioni, & reliquis Eccleſiis Evangelicis, quæ omnes conformes ſunt. Horrori mihi ſunt errores Papiſtarum & ſuperſtitiones Græcorum; Probo autem & amplector doctrinam Doctoris meritiſſimi JOHANNIS CALVINI, & omnium qui cum eo ſentiunt. Non vero minus de ſacroſancta Euchariſtia perverſe ſentit (quamvis Thomas Smithius in vita Cyrilli & epiſtola ad Hiſtorico-Criticum, orthodoxe eum ſenſiſſe, & cum Eccleſia Græca conformem fuiſſe, manibus pedibusque defendere conetur.) ut ex ejusdem confeſſione facile patet; Verba ſunt ſequentia: " Iſta eſt ſimplex, vera & legi-
" tima hujus mirabilis Sacramenti inſtitutio,
" in cujus adminiſtratione præſentiam veram,
" realem Chriſti confitemur, & profitemur,
" at illam, quam fides nobis offert, non au-
" tem quam excogitata docet tranſſubſtantia-
" tio. Credimus enim fideles corpus Chriſti
" manducare in Cœna Domini, non dente ma-
" teriali hærendo, ſed animi ſenſu percipien-
" do, cum corpus Chriſti non ſit illud; quod
" oculis in Sacramento ſeſe offert, ſed illud,
" quod fides ſpiritualiter apprehendit, nobis-
" que præbet. Unde verum eſt, ſi credimus,
" manducamus & participamus, ſi non cre-
" dimus, omni fructu deſtituimur, &c. Ut

taceam jam, quod ex istis posterioribus verbis, etiam contra S. Paulum insurgat. Sanctus enim Paulus non dixit, qui non credunt, destituuntur corporis & sanguinis nostri Jesu Christi acceptione, sed contrarium: Reos illos facit corporis & sanguinis JEsu Christi, qui sine fide aut cum peccato ad sacram Eucharistiam accedunt, dicens: ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου. Quod Sanctus Chrysostomus cum in Tom. VI. tum alibi disertissimis verbis defendit, scilicet tum fide, tum absque fide & in peccato ad sacram Cœnam accedentes ex æquo corporis & sanguinis Jesu Christi vere participes esse. (α) Eodem modo Cyrillus de Justificatione & absoluto Dei decreto ac prædestinatione in confessione sua summe Calvino applaudit. Cur igitur iniqua Græcorum contra Cyrillum sententia videri debeat non video. Quæso enim, si quis v.g. Wittebergensium aut alius Academiæ Lutheranæ Doctorum eadem cum Cyrillo nostro sentiret? an non illicò ex officio suo à cæteris Theologiæ Doctoribus deturbaretur? Nonne exemplum Sole meridiano clarius habemus

(α) Vid. etiam S. Athanas. Dialog. cum Ario tom. I. pag. m. 122, & in Homil. de Epiphan. tom. I. pag. m. 607.

mus in Viro quodam erudito, qui cum nuper de anima aliter quam cæteri hactenus consueverunt disputare vellet, parum abfuit, quin ex officio suo ejectus fuerit.

Nihil igitur absurdi commissum est à Græcis, tum hujusmodi sententiam contra Cyrillum ferrent : Ἀνάθεμα Κυρίλλῳ δογματίζοντι καὶ πιστεύοντι μὴ μεταβάλλεσθαι τὸν ὀπὶ τῇ προθέσεως ἄρτον, καὶ ἕνα τὸν οἶνον διὰ τῆς τοῦ ἱερέως εὐλογίας καὶ πνεύματος ἁγίου ἐπιφοιτήσεως εἰς ἀληθὲς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. i. e. *Anathema Cyrillo dogmatizanti & credenti non transmutari panem propositionis, & insuper vinum per sacerdotis benedictionem & Spiritus sancti adventum in verum corpus & sanguinem Christi.* Et in secundo Concilio : καὶ φησιν εἶναι σῶμα Χριστοῦ ἀληθινὸν τὸν ὁρώμενον, καὶ ἐσθιόμενον, ἄρτον ἤδη ἁγιασθέντα, ἀλλὰ τὸν νοούμενον πνευματικῶς, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, φαντασζόμενον, ὃ πάσης ἀσεβείας ἀνάπλεων. i. e. *Non dicit panem jam sanctificatum, qui videtur & comeditur esse verum Christi corpus, sed spiritualiter tantum intellectum aut potius imaginando fictum, quod omni impietate plenum est.* Quid? quod neque Thomas Smithius, qui Cyrillum inter Martyres refert, haud in omnibus excusatum habeat, dicens : " Hoc unicum præterea tum Tui, tum mei causa, ne Cyrilli famæ & honori quippiam male

detractum putes, monendus es Lector. Cum dixi in hoc Libello versus (α) finem, me Cyrillum in omnibus vix excusatum habere, illud de dogmatibus controversis & scholasticis, quæ ex frequenti librorum *Calvini* lectione hausta, contra quam fieri oportuit, in sua confessione fidei promiscuè inseruit, intelligi velim. &c. (β) Ex quibus omnibus in aprico erit. Cyrillum plane Calvini discipulum, non vero Græcæ Ecclesiæ filium, fuisse; conatumque patrios terminos, *à quibus vel latum unguis* (ut Smithii verbis utar) *discedere Græcis, qui hodie vivunt, religio est*; μετακίνησις. Non igitur Græcis meis vitio vertendum est, quod ipsum è throno suo deturbaverint, cum vel adversarii aperte fateantur, illum novatorem Græcæ Ecclesiæ fuisse. Præterea ex istis omnibus, hoc unicum Clariss. Joh. Fechtii demiratus sum, quod cum in secundo capite tractatus sui de statu Græcæ Ecclesiæ Smithium hunc citet, & ex hoc plurima se hausisse dicat, in Capite tamen XVII. §. 14. nulla mentione hujus Smithii facta injusta sane ratione sanguinis Cyrilli Græcos reos faciat. Ubi etiam Græcos summo odio Europæos prosequi ait; Quod an ita se habeat, vix, & ne vix quidem mihi persuadere possum, cum sexcenta

(α) Vid. Tract. de Eccles. Græc. Stat. hodierno. pag. m. 134.

(β) Vid. Præfat. supradict. Tract. tertiæ editionis.

centa hic ex Græcorum literis ad diverſos Evangelicos Doctores exempla adducere poſſim: quod ſi id tamen facerent, non omnino vitio vertendum iis foret, cum videant, ſe absque ulla ratione, male à multis Occidentalibus haberi ſummisque injuriis indies affici. Quis etenim Græcorum hunc librum Fechtii legens, non male de Eccleſia evangelica ſentiat? Quare hujus Græcorum erga Europæos odii ſemetipſos reos faciant, non Græcos. Quicunque enim proximo ſcandalum præbet, is magis damnandus, quam qui ſcandalizatus eſt.

Sed hæc omnia DEI omniſcientis judicio permittimus, ne, dum Græcos à calumniis malevolorum liberare conamur, idem cum adverſariis contra charitatem peccare videamur. Hoc ſaltem hic obiter addam: Græculos modernos (ut adverſariorum more loquar) non absque ſontica graviſſimaque cauſa priores illas Novi Teſtamenti editiones, ejeciſſe: Imo vero addam, quod ignotum eſt Eruditis hactenus, Seraphimi editionem, in medio aulæ Patriarchalis Conſtantinopoli anno ni fallor MDCCIV. poſt anathema Vulcano traditam. Præter enim infinitos errores & anorthographias, ut jamjam ſupra palam, ex præfatione Viri Excellentiſſ. D. Prof. Franckii oſtendimus, quas in ſua editione commiſerat, etiam in præfatione ſuæ editionis, ita contra

Græcorum Epiſcopos, absque ulla cauſa invectus debacchatur, ut etiam multis Anglorum reverendiſſimi Epiſcopi, & maxima pars Doctorum Oxonienſium, qui cum Græcis commercia literarum habent, pacemque invicem colunt, id admodum indigne tulerint, qua de re paulo infra fuſiores erimus, ubi de Seraphimi vita acturi ſumus. Nam quantum ego ſcio, qui per quatuor annos Oxonii & Londini vixi adeo, ut aditus ad plures reverendiſſimos eorum Epiſcopos gratioſe patuerit, nullus eorum ad hanc editionem faciendam vel aſſem ſuppeditavit: Imo antequam in lucem prodiret, illi ne hilum quidem ſciverunt, quod quicumque Angliam poſterum petet, facile percontari poterit. Scio jam Lectoris animum ingenti flagrare deſiderio, ut percipiat, quisnam illos quibus typographo ſatisfaciat, Seraphimo ſuppeditaverit ſumtus, fuerit ne ille tam opulens, ut alienis opibus non indigeret? Minime! Et palam quidem dixiſſem (haud enim ſuperficiarie, ut ita loquar mentem Seraphimi cognovi,) ſed ne Viros graviſſimos meosque Patronos ſummos, arcani hujus revelatione offendam, malo impræſentiarum veritatem ſilentio præterire, quam imprudenter illam effingendo optime de me meritis Viris, ingratus videri hoſpes: Præſertim cum illorum non nemo jam jam ceſſaverit eſſe mortalis.

Suſ-

Sufficit me in tantum veritatem non occultaſſe, dixiſſeque neque Epiſcopos Anglorum, neque piæ memoriæ Regem Guilielmum, neque Annam Sereniſſimam Reginam, quicquam ad hujus Novi Teſtamenti editionem contribuiſſe. Sed tempus jam & ordo nos vocat, ut etiam vitam geſtaque Seraphimi breviter Lectori exponamus. Patebit enim inde, quis, qualis, & quam injurius Seraphimus erga Græcam Eccleſiam fuerit.

CAPUT XVI.

In quo vita ac geſta Seraphimi Mitylinenſis ſancta conſcientia exponuntur. Epiſcopique Græcorum ab ejusdem injuriis vindicantur.

INſtitutum noſtrum non eſt, ut hic de Seraphimi Mitylinenſis omnibus agamus vitiis. Neque enim de illius infantia quicquam, neque de Parentibus, ex quibus Seraphimus ortus eſt, ſum dicturus. Ne Sophiſtarum more ut Lucianus in Apophrada ſua fecit, videar blaterare. Hujusmodi enim exempla non modo contra decorem, ac magis ſobriis exoſa ſunt, verum & pietati Chriſtianæ repugnant. Illa igitur Seraphimi in medium proferam, quæ cum Londini tum Oxonii ac Conſtantinopoli omnibus doctis pariter ac indoctis notiſſima ſunt. Seraphimus Mitylinenſis annó ætatis

ſuæ XX. in ejusdem inſulæ Epiſcopi Lectorem, neſcio quo facto, adſcitus, variisque exercitiis ac diſciplinis Eccleſiaſticis exercitus, ad majores Gradus Eccleſiaſticos rite obtinendos jam magnâ curâ ac diligentiâ inſtruebatur: ſed omnes illorum conatus in caſſum abierunt. Quamobrem cum XXV. annum attigiſſet, Diaconum Epiſcopus creavit, ratus (quod tamen male ſucceſſit) ſi habitum Monachalem, σχῆμα μοναχικὸν, indueret, fore, ut pudore ſuffuſus vitam cum habitu mutaret Seraphimus. Sed *incidit in Scyllam, qui vult vitare charybdim.* Factus Diaconus, majore arrogantia ac ſuperbia efferri, cœpit, cæterosque συνδιακόνους, Monachos, ac clericos, penes Archi-Epiſcopum. πάτημα τὸ καταπεπατημένον exiſtimare, jam hoc jam illud diſplicebat, clamabat, vociferabat contra omnes fermè, unde Protoſingellus aliique Monachi Ἀρείῳ illi nomen impoſuerunt, quod ille corrigens, ut infra patebit, Ἀρείων, *præſtantiorem*, ut Alexander Magnus à barbara voce vatis Hammonis, παιδίῳ, ſe παῖδα διὸς, *Filium jovis*, vocare cæpit. Scomma enim hocce apud modernos Græcos admodum in uſu eſt, homines clamoſos ac vanos Arii nomen inſignire, hocce modo: ζοᾶ, κράζει, (pro κρώζει) ἄνοιξε τὸ στόμα του, ὡς ὁ Ἄρειος. i. e. *Clamat, crocitat, aperuit os ſuum, ut Arius*, quamvis enim Seraphimus ſtatura brevis ac admodum macer, barba ac capillis atramento nigrioribus erat ornatus, μεγαλοφωνίᾳ tamen non carebat; unde

unde rixis & insidiis Archiepiscopus fatigatus, nec non pudore suffusus, quod hujus modi hominem Diaconum temere creaverat, tum negotiorum, tum Seraphimi causa, ἀρχιερατεύοντα ἤδη νῦν ἐν ἁγίοις, Callinico, Patriarcha Constantinopoleos, Constantinopolim petens Seraphimum secum abduxit, sperans Constantinopoli conversatione Diaconorum aliorumq; piorum Monachorum, quos secum Episcopi, Archiepiscopi, ac Metropolitæ, qui apud Patriarcham ibi versantur, adducunt, correctum Seraphimi vitam iri, quod una alterave septimana, ut solent advenæ modestiores esse ab initio, obtinuit, sed postquam familiarior cum illis factus est, ita statim illorum pacem evertere ac conturbare incepit, ut de eo querelæ ad Patriarchæ usque aures devenirent, à quo jam increpationibus, jam admonitionibus, jam minis etiam exceptus, ut ab hujusmodi vitæ genere abstineret, cum nihil efficere, vir ille Sanctitatis & Castimoniæ studiosissimus, ut sibi Seraphimum tradat corrigendum, Archiepiscopum Mitylenensem & rogavit & accepit, acceptumq; piis orationibus, lectionibus, vigiliis, jejuniis aliisque pœnitentiæ oneribus, additis quandoque παραινέσεσιν, à laqueis temerariæ arrogantiæ ac superbiæ, quibus illaqueatus erat, extrahere conatus est. Sed frustra! Lupus pilos non mentem mutat. Si felicitatem suam agnovisset tum temporis Seraphimus, jam dudum

dum in humanam Dignitatem evectus esset. Ii enim qui Patriarchis inserviunt, ob peritiam rerum, & prudentiam, quam penes summos hos viros addiscunt, summis muneribus civilisque cohonestantur. Sed ut mens semel depravata semper ad pessima tendit, ita Sergius, cum durum illud vitæ genus apud Patriarcham sufferre non posset, libertati insidiis astutiora excogitat consilia. Suffuratus enim Sigillum Patriarchale Prototypo sigilli cera excepto, aliud ei simile exsculpi curavit, fictisque commendatitiis literis, navem quandam, quæ Constantinopoli Asaffum abibat, conscendit, indeq; Moscoviam ac Kiovviam petiit. Fictis illis literis sat larga emendicatâ, stipe eo quidem nomine, ac si captivorum nonnullorum è vinculis Turcarum liberandorũ gratia idomne colligeret, Constantinopolin clam revertitur, & ex inde alia nave Smyrnam defertur. Paucis diebus ibi commoratus in Galliam navigat, seque Græcum Sacerdotem venditans miscet sacris profana, & cum nondum Clericus esset, ritu Græcorum unitorum Parisiis publice sacra celebrat. Sed ille cum sigillum Patriarchale in manibus haberet, semetipsum non solum Clericum verum etiam Metropolitam creare poterat. Hic per aliquot menses moratus, mediocri stipe collecta, Romam, Venetias, inde Viennam & rursum Moscoviam petit (Hi enim homines nimium ob amorem, quo Græcos prosequuntur, largiori Eleemosyna hujusmodi

modi homines onerare solent) atque diversissimi argumenti literas à prioribus ostendit, collegitque stipem non spernendam, ac per Saxoniam ni fallor, Italiamque in Patriam, patentes, ut ex ipsius ore audivi, visendi gratia, qui adhuc in vivis erant, rediit. Cum in patria per aliquod temporis spatium commoraretur, Archiepiscopus ut in pristinum statum Seraphimum reduceret summam adhibuit diligentiam, sed piissimi viri admonitiones frustra adhibitæ sunt; imo vero molestè admodum monita ejus ferens, relicta patriâ in Italiam, Galliam deinceps, ac inde Angliam reversus est. Ubi cum se studiorum gratia venisse mentiretur, non enim ausus est aliquid prioribus mendaciis simile fingere, ob frequentiam Anglorum Constantinopolin, & Græcorum Londinum iter facientium (facile enim res patefieret, cum haud pauci juvenes Mitylinenses Mercatorum Anglorum navibus inserviant) magnam, tum Episcoporum nonnullorum, tum aliorum præsertim vero Dn. Doctoris Woodroffii, & postea Viri Eruditione & pietate Summi, Domini Henrici Ludolfi, gratiam expertus est; qua postea abusus fuit. Quid vero in Anglia egerit, & quam male se gesserit, haud multis Lectorem morabor, cum ejus scelera, lippis & tonsoribus, qui ejus morbum curabant, notissima sint. Et longum sane ac operosum foret, si omnia ab ipso commissa crimina obiter saltem hic enarrare vellem. Id saltem unicum

unicum hic addam decantatissimum in Anglia ejus facinus, ob quod rasa barba noctu Londino relicto Hollandiam petere coactus fuerit. Accusatus enim est criminis violentiæ virgini nondum decem annorum intentatæ: Scelus hoc Seraphimi non ignorat Vir quidam in Saxonia Celebratissimus, quem hic in testem vocarem, ni vererer id sinistre interpretaturum. De hac re tamen Seraphimus, quasi sibi injuria facta sit, in Epistola quadam, dequa infra plenius, ad Amicum hisce verbis loquitur: Ἐπειδὴ καὶ φθάνει ἡ ἀδικήα ὁπῦ ἐτράβηξα αὐτῦ περὶ τῆς ὁ ποίας εἶχα γνώμην νὰ σῦ γράφῳ πλατήτερον παρὰ ὁπῦ ἔγραψα εἰς τὴν πρότην ἐπίστολὴν διὰ νὰ καταλάβης ταῖς πανουργηαις τῶν γυναικῶν αὐτουνῦ τοῦ τόπου νὰ φυλάγεσε καὶ ἀτόσου διὰ νὰ μὴν τὸ πάθῃς καθῶς καὶ ἐγὼ &c. i. e. *Siquidem sufficit injuria, quam ibi* (Londini) *perpessus sum, de qua in animo erat, ut fusius tibi perscribam, quam quod primis literis perscripseram, ut percipias astutias mulierum illius loci, ne tu quoque id patiaris, quodego perpessus sum &c.* Hæc est ejus excusatio. Sed quid Seraphimo cum mulieribus? quid Monacho, qui mundo jam semel valedixit inter mulieres? Vel quæ fæmina, tam impia tam audacula esse poterat, quæ in tantum crimen Seraphimum, innocentem, ut ipse vult, vocare auderet! Leges quidem Anglorum multum Sexui inferiori tribuunt, at nulla sane hujusmodi crimina impunè

punè fingere licet. Si innocens erat, cur aufugeret noctu? Cur barbam raderet? sane non ignorabat modernorum Græcorum adagium: Καθαρὸς ὀυρανὸς ἀςραπὴν δὲν φοβᾶται. *Serenum Cœlum fulgura non metuit.* Cur Londini non permansit atque se à tanto crimine objecto defendit? Num tam injustos Anglos existimavit, ut absque accuratissimo rei examine, aut possent, aut vellent ipsi quicquam injuriarum inferre? sane haud mihi id persuadere possum, christianos unquam homines innocenti tantas inferre injurias, sed læsa ejus conscientia haud leve calcar ad fugam addebat. Neque illud ejus silentio prætereundum est crimen, eum tres Smyrnenses juvenes à Collegio *Gloucister Hall*, Oxonii dicto seduxisse illosque Fautoribus suis vendidisse, uti testatur Epistola Præceptoris mei plurimum venerandi F. Prosalentis Amstelodamô An. D. MDCCVI. ad me data, quam hic Pedibus Jesu Christi Salvatoris nostri qui mundum ἐν δικαιωσύνῃ judicabit, subjicio, quæ ita, sonat: Φίλτατε ἐν χριςῷ κύριε Αλέξανδρε χαίροις. ἔλαβα τὴν πρὸς μέσου ἐπιςολὴν γραφεῖσαν εἰς τάς 5. τοῦ φευρουαρίου καὶ εἰς ὀλίγα λόγια ἀποκρίνομαι ὁ μοῦ καὶ εἰς ἐκείνην ὁποῦ ἔλαβα γραμμένην εἰς τάς 11. τοῦ Ἰανουαρίου. γίνωσκε λοιπὸν πῶς ἐγὼ δὲν εἶμαι παπὰ Σεραφεὶμ νά πωλῶ τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν πάπα, μόνον ἐκεῖνο ὁ ποῦ ἔγραψα &c. i. e.

dilecte

dilecte in Christo Domine Alexander haveto! cepi Epistolam tuam 5. Februar. scriptam, & pa cis verbis etiam ad illam respondebo, quam sc ptam 11. Jan. accepit. Scito igitur me non e Papam Seraphimum ut homines (α) Pontifici ve dendos exponam, sed id quod scripseram &c. E hominem, qui ad salutem aliorum Novu Testamentum imprimi curavit, atque in pra fatione etiam Patriarcham, virum Sanctissimu calumniari ausus est, ô tempora! ô mores! Pa tibulo dignus, non sancto habitu, fuit hic homo Misereatur ejus Deus & secundum infinitam misericordiam suam deducat in veram agnitio nem sui ipsius.

Horum à Seraphino venditorum juve num, hæcce sunt nomina: Stephanus Constan tinus, Georgius & Johannes, Apdali; horum prior forma, ingenio & divitiis mirifice orna tus, libenter Romam una cum Missionariis pe tiit, ratus, quod evenit, se illos invitos, & qui dem suis propriis sumptibus Smyrnam dimis suros. — Et profecta tanta erat ejus calliditas ingenii, ut vel potentissimi hominis conatibus illuderet, ne dum Missionariorum, quorum ha benas in suis habebat manibus. Primum enim eum Romam veniret, minatus est iis, nisi se di mittere

(α) Not. hic caput accipere, pro membris. Seraphinus enim non Pontifici, sed Missionariis Collegii de pro paganda fidei, tradidit. Summus enim Pontifex, an tequam Constantinus Romam veniret, si vera sunt il la, quæ ad me Constantinus Roma dedit, nil scivit.

ittere velint, se ad Vitricum suum scriptu-
m Smyrnam, qui plurimum apud civitatis
lla valebat, ut male Missionarios Smyrnæ
beret, pariaque referret; Deinde se vitrici
i vestigia secuturum, qui opulentissimus Mer-
tor Smyrnæ erat, nec clericum unquam futu-
m ajebat: quare Romæ, ut conatus eorum
luderet, totum se vinis delicatis, veneri, alea
eterisque nequitiis dedidit; ita fatigati boni
atres inviti omnino in patriam dimittere coa-
ti sunt. Cæteri duo noctu clam sese in Por-
tum Liburnum ad Anglicas naves recipiunt
atque 2. Februar. An. MDCCIV. Londinum
repetunt, quos postquam gratulabundus Do-
ctor Woodroffius, Græcæ Linguæ P. Londini
excepisset, hujusmodi literas ad nos Oxoni-
um perscripsit.

Τοῖς φιλτάτοις ἐν ὀξονίᾳ διατρίβουσιν
ἕλλησιν παισὶν, εὖ πίειν καὶ εὐ-
δαιμονεῖν.

Ἐπανελθόντων πρὸς ἡμᾶς (ὦ ἀγαπητὰ μου
ἐν κυρίῳ τέκνα) ἀγαπητῶν μου καὶ ὑμῶν Γεωρ-
γίου καὶ Ἰωάννου, τῶν ἀδελφῶν μὴ χαρᾶς ἀλλή-
λους συναναζώμεθα, εὐχαριστοῦντες τῷ διδόν-
τι αὐτοὺς πνεύματι ὁμοίως, καὶ σώματι σώως
ἀναχαίτισαι. ὦ τοὺς ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς κιν-
δύνους. ὦ τοὺς τῷ ἐν πυρὶ κειμένῳ κόσμῳ

πειρασμȣ́ς. μόνος ὁ παντοκράτωρ ϗ σοφώτατος πατὴρ ἠδυνήθη τȣ̀ς υἱοὺς αὐτȣ̃ φυλάττειν ἐν πᾶσιν ὑπερασπίζεσθαι, ᾧ πᾶσα δόξα ϗ τιμή. ἀκȣ́ετε τȣ̃ ἀποςόλȣ λέγοντος, ȣ̓κ ἔχω ἐγὼ χαρὰν μείζονα, ἢ ἀκȣ́ειν τὰ τέκνα μȣ πειπατεῖν ἐν ἀληθείᾳ. Περιπατεῖτε, δέομαι ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ ϗ φιλαδελφίᾳ, πειπατεῖτε ἐν τῇ τȣ̃ Χριςȣ̃ ϗ σωτῆρος ἡμῶν πίςει, πειπατεῖτε ἐν τῇ τȣ̃ κυρίȣ ἐντολαῖς. τȣ̃το γὰρ ἐςι τὸ πειπατεῖν ἐν ἀληθείᾳ. φρονεῖτε ϗ πράττειτε τὰ ἄριςα. Νομίζετε μεθ' ὑμῶν πῶς ἂν μᾶλλον τὰ τῇ ἀνατολικῇ ἐκκλησίᾳ, τὰ τῇ πατρίδι πρέποντα ποιεῖτε. μέμνησθε ϗ φεύγετε, ὅπερ ὁ βδελυκτὸς, ἐκεῖνος (οἴδατε ὃν λέγω βέβηλον ϗ ἀνιορὸν) σκανδάλων σκάνδαλον ἔδωκε. μήτε φρεναπατάτω ὑμᾶς, ὅς ϗ αὐτὸς τόσον ἐν παγίδι ϗ ἀπάτῃ τȣ̃ διαβόλȣ. ἀκȣ́ετε τȣ̃ Θεȣ̃. τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεὸς, ἵνα τί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματα μȣ καὶ ἀναλαμβάνῃς τὴν διαθήκην μȣ διὰ ςόματός σȣ; σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν ϗ ϗ ἐξέβαλες τȣ̀ς λόγους εἰς τὰ ὀπίσω. „Ει εθεώρεις κλέπτην, „συνέτρεχες αὐτῷ, ϗ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα „σȣ ἐτίθεις. Τὸ ςόμα σȣ ἐπλεόνασε κακίαν, „ϗ ἡ γλῶσσά σȣ πειέπλεκε δολιότητας. Κα„θήμενος κατὰ τȣ̃ ἀδελφȣ̃ σȣ, κατελάλεις, ϗ

κατὰ

,, κ̃ τȣ̃ υἱȣ̃ τῆς μητρός σȣ ἐπίθεις σκάνδαλον.
,, Ταῦτα ἐποίησας κ̀ ἐσίγησα, ὑπέλαβες ἀνο-
,, μίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Ἐλέγξω σε
,, κ̀ καταςήσω κ̃ πρόσωπον σȣ̃ τὰς ἁμαρτίας σȣ.
Ἄχθομαι ταῦτα γράφων. δώῃ τὴν τὴν μετά-
νοιαν τῷ ποιȣ̃ντι ταῦτα. περὶ ἄλλων, ὅταν
παρέσωμαι ὑμῖν, ὅ κ̀ ἐν τάχει ἐλπίζω. μηδὲ
νομίζετε ὅλως ἀπεῖναι, ȣ̃ ἡ καρδία μεθ' ὑμῶν
κ̀ μ̃ πάντων ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἔρρωσθε ὦ φίλ-
τατοι.

Λογδ. φευρȣαρ. ς. ᾳ ψ δ.

ὑμέτερος ὅλος
Βενιαμὶν Ὀυδρώφ.

i. e.

Dilectissimis Oxoniæ studiis operam dantibus Græcorum Filiis; Salutem & Felicitatem!

" Reversi sunt ad nos (Dilecti in Domi-
" nò Filii) Dilecti nobis ac vobis Georgius,
" & Johannes, Aptali, quos maximo cum
" gaudio ut exosculemini accedite! Deo gra-
" tias agentes, qui hos & anima & corpore
" salvos ad nos reduxit! Eheu! per tot peri-
" cula maris & terræ! Eheu ex tot hujus mi-

"seri mundi periculis, solus omnipotens ac "sapientissimus Pater filios suos custodire ac "in omnibus protegere potuit, cui soli sit ho- "nor & gloria! Audite Apostolum dicentem: "Ego majus gaudium non habeo, quam au- "dire filios meos in semita veritatis ambulan- "tes. Ambulate (obsecro vos) in amore & "caritate fraterna! ambulate insi de Christi "& Salvatoris nostri! ambulate in præceptis "Domini. Hoc enim est ambulare in verita- "te. Cogitate & optima quoque operamini. "Perpendite vobiscum qua ratione honorem "Dei, fidem, Orientalem Ecclesiam & patriam "quam maxime decentia facere possitis. Me- "mentote & fugite, quod diabolus ille (scitis "quem dico profanum atq; malignum) scanda- "lorum scandalum dedit. Neque decipiat vos, "ut ipsemet laqueis diaboli in tantum semet- "ipsum tradidit. Audite quid dicat DEus. "(vid. Psalm. L. secund. Hebr. à vers. 16. ad "21. usq.) Maximo cum dolore hæcce scribo. "Det illi pœnitentiam Deus! Cæterum de a- "liis, quando ad vos perveniam, quod cito "fore spero, neque existimare debetis, me "planè abesse, cujus cor semper vobiscum est, "& DEUS esto nobiscum omnibus. Vale- "te. &c.

An non hic per verba illa: profanum &c. ad præfationem Novi Testamenti, à Seraphi- mo editi, quod omnino profanavit, non tam propter

propter infinitos errores in eo comprehenſos, quam propter calumnias adverſus Græcorum Epiſcopos, in præfatione contentas Woodroffius digitum intendit? Vel annon ſcelus à Seraphimo commiſſum indigitare vult, quando dicit: Illum ſcandalum ſcandalorum dediſſe, & ſe laqueis diaboli illaqueaſſe? Annon verba Pſalmi ſi rectè inſpiciantur, partim ad vim, quam octo annorum Puellæ intulit, partim ad præfationem Novi Teſtamenti quâ καταλαλιᾶ contra Epiſcopos Græcos, partim ad ſeductionem juvenum pertinet? Patet quoque ex præfatione ſubadjectæ epiſtolæ hiſtoria ſeductionis juvenum, quam non dubito, quin etiam Vir clariſſ. D. Ant. Guil. Bœhmius, tum temporis Londini Sereniſſimi Principis Georgii Concionator aulicus lõnge celeberrimus audiverit. Sed quorſum poſtquam Londinum reliquit, profectus eſt Seraphimus? dicam: Hollandiam, ubi poſtquam barba parumper accrevit, Halam ac Lipſiam, ubi à Doctis ac φιλοξένοις hominibus, & ſcelerum tantorum ignaris maxima veneratione exceptus eſt; Præſertim vero ſummam humanitatem Excellentiſſimi Viri, D. D. Rechenbergii expertus. Vir enim hic humaniſſimus ex æquo Græcis omnibus beneficia ſua conferre ſolet. Inde Moſcoviam petit, CZARIÆque MAJESTATI fictas à ſe fictoque ſigillo obſignatas literas oſtendit, in quibus petitio quædam futilis continebatur, ut

ei traderet nempe monasterium, quod jam dudum ad Græcos Monachos pertinuit; Annuit clementissimè Rex, (ut reversus in Saxoniam supra laudato viro enarravit) sed ob expeditiones bellicas aliquam moram objecit, intereà vero temporis aliquot centenos aureos nummos, ad vitam suam honestè sustentandam, tradere ei jussit, quos postquam accepit, & ipse Rex Serenissimus bellum secutus est, rursus Lipsiam, Halam, inde Hagam petiit, & exinde Galliam, ac rursus Hagam, ex qua ad amicum Londini commorantem hujusmodi literas dedit.

(a) Τιμηώτατε κὺρ Δημήτρη (b) χαίρεις.

Ἀπόρησα κ̣τ̣ πολλὰ πῶς (c) κἂν ἀπολόγȣσȣ δὲν ἔλαβα δύο (d) ςήχȣς γράμμα (e) γραφοντάς σȣ (f) μία κ̣ δύο ὅμως παράδοξον δὲν

(a) τιμηώτατε) pro τιμιώτατε.

(b) χαίρεις) nihil hic denotat in Indicativo, itaque aut χαῖρε esse deberet, ut est antiquum illud: χαῖρε κεχαριτωμένη. Luc. I. v. 28. Aut ut in Præceptoris mei epistola, quam supra vidimus, χαίροις; ita enim moderni Græci in suis epistolis præfantur.

(c) κἂν) subscribitur ita ι κἂν componitur enim à κὰν & ἂν.

(d) ςήχȣς γράμμα male & orthographia & Syntaxis, ςίχȣς γραμμάτων oportuit eum scribere, i. e. *lineas litterarum*, prius enim hunc habet sensum: *lineas Litera*, ridiculum plane.

(e) γραφοντάς σȣ.) Moderni Græci γράφωντὰς σȣ scribunt.

(f) μία) pro μίαν.

δεν εἶναι ἐπειδὴ καὶ τὸ τῶν (g) ἑλλήνων γένος τοιούτης λογῆς εἶναι (h) ἀχάρηστον; σοῦ ἔγραψα μιαν γραφὴν ἀπὸ τὴν (i) λήψηαν καὶ ἀπόκρισιν δεν ἔλαβα, σοῦ ἔγραψα, (k) ἄλην ἀπὸ τὸ (l) παρήσι καὶ ἀπόκρισιν δεν ἔλαβα, ἂν καὶ διὰ τὸν νόμον τῆς (m) φιλείας δεν ἤθελες τὸ κάμῃ ἀπὸ τὸν νόμον τῆς ἀνθρωπότητος (n) ἀναγγάζουσουν νὰ τὸ κάμῃς, λέγω τὸ νὰ μοῦ ἀποκριθῇς, ἂν εἰ πῇς πῶς δεν ἔλαβες ταῖς γραφαῖς, ἐ ἐμένα (o) με ἐβαιβέοσεν ὁ ἐκλαμ-

(g) ἑλλήνων) pro ἑλλήνων.

(h) ἀχάρηστον) pro ἀχάριστον. Quæ hic dicturus eram, vide in translationis notulis h. l.

(i) λήψηαν pro λείψιαν vel λίψιαν, ut nonnemo eruditorum Virorum ad me dedit ἀπὸ λιψίας.

(l) παρήσι] pro παρίσσι vel παρίσσιον Toties hanc urbem petiit, nec tamen ipsam scribere scivit, eò minus circumscribere, nisi popinas & lupanaria excipere velles, hæc fortè melius nominare ac delineare noverat.

(m) φιλείας] fortassis à φιλεὺς & non φίλος derivari φιλίαν arbitratus est. Masculina enim in ευς, & ης, contractarum declinationum, habent fœminina in εια. v. g. ὁ ἀληθὴς fœm. ἡ ἀλήθεια. ὁ βασιλεὺς fœm. ἡ βασιλεία. ut & illa, quæ derivantur à themate desinente in ευω, ut φιλανθρωπεύω, φιλανθρωπεία. νηστεύω, νηστεία. φιλία autem à nullo hujusmodi aut Themate aut Nomine derivatur sed à φιλέω & φίλος. Cur igitur Seraphimus semper per ει scribit, nescio.

(n) ἀναγγάζουσουν) pro ἀναγκάζουσουν.

(o) με ἐβαιβέοσεν.) Totum inversum. Nam ἐβεβαίωσεν oportuit esse,

πρότατος (p) ἠμπασαδόρος ὁ φίλος μου πῶς καὶ τῶν δύο σοῦ ταῖς ἔπεμψεν, ὅμως ἀδελφὲ ἤξευρε πῶς. (q) ὀνόμος τῆς (r) φιλείας καὶ τῆς ἀνθρωπότητος δὲν εἶναι τοιοῦτος, ἐπειδὴ καὶ ὁ φίλος. δὲν εἶναι διὰ μίαν βολὰν, σὲ χαιρετᾶ ὁ Ἀνδρέας ὁ κόνης ὁ ὁποῖος ὁμοίως (s) θαυμάζεται

(p) ἠμπασαδόρος.) Italico-Gallicum hanc vocem esse constat, miror vero, quod cum sit Insulanus, ignoraverat patriam vocem. Insulani enim ἠμπασαδόρον ut Seraphimi & voce & anorthographia utar, ἀποκρισιτάρην vocant, Thraces verò & qui Romaniam inhabitant, & πρέσβυν & ἐλτζὴν; Vox est Turcica, denotatque Legatum, quod si Italicum servare voluerit, cur non potius ἀμβασχιαδῶρος scripsit? Ita enim Itali: *Ambasciadore.* Fortassis dicat Gallicum esse, at Galli non *Embascador*, ut Seraphim vertens ε, in η, scripsit, sed *Ambassadeur* scribunt, ergo scribendum esset ἀμβασσαδῶρος, contracto e, & u, in ω. ut sit compositum ex ambascia, i. e. *anxietate* & δῶροις. Anxiè enim Legatus hostibus dona offert, si ita ἐτυμολογεῖν oportet. Sed bonus Seraphimus non solum linguam cum veterem, tum novam Græcam, verum etiam & Gallicam & Italicam, quas maximè jactitabat, planè ignoravit.

(q) ὀνόμος) pro ὁ νόμος.

(r) φιλείας] vide supra.

(s) θαυμάζεται] Latinum est: Passivo enim usus est pro Activo θαυμάζει. Talis etiam Græcus est Cl. M. ut communi titulo utar, Legens Christian. SCHOETTGENIUS, qui An. Dom. MDCCX. Lips. Themistoclis Epistolas edendas curavit, Græcamque Phrasin elegantissimam in Epistola prima ὥς ἀπῆγον ἡμᾶς ἔχοντες barbarizavit, ut ita loquar, ita: ὥστε ἀπῆγον ἡμᾶς ἔρχοντες,

ἀζεται τί (t) ἐγήνηκες, ἂν ὀρίζῃς νὰ πάρῃς τὸν κόπον νὰ μᾶς γράψῃς δύο (v) στήχους, θέλομεν σου (u) γνωρίζει τὴν χάριν (x) αἰωνήος

τες; & addidit in notulis: *hoc sensu: Cum venirent Argos, deduxerunt me.* Cujus Thematis quæso Cl. Dne. Magister, est τὸ Participium ἔρχοντες? Quod si Tu Magister Clar. ignoras, unus ex discipulis tuis dicat Tibi, quod nullius thematis sit. Illud temeritatis tuæ miror, quod cum tam κατάπτυστος σεσυριγμένος sis, non puduit Te Theophylacti Simocattæ Græco integerrimo, ingenio judicioque pleno, conscribendarum Epistolarum ignorantiam adscribere, Epistolamque nomine Themistoclis ab illo fictam, sine ullo judicio conscriptam audacter affirmare. Quid etenim in illa Epistola est, quod non totum Themistocli applicare possimus? Nonne ille tanta ab Atheniensibus perpessus, ipsa experientia σωφρονεῖν didicit? An verò non per τὸ ἡ γλαῦξ, populum Atheniensem innuere vult? Ignoras fortè proverbium: γλαύκας εἰς ἀθήνας. Ut enim noctua redarguit atque denudavit Graculum, ita populus Atheniensis Themistoclem Virum fortissimum, nonnisi alis Atheniensium factum, deplumavit, eumque in tantas miserias conjecit, ut ultimo Tauri sanguine epoto vitam finiverit. Doleo igitur non ignorantiam tuam, sed νεμεγῶ, quod ἀναξίως εὐπραξῆς. cum nonnemo Vir doctissimus apud vos, indigna ratione παρ' ἀξίαν δυστυχεῖ. Sed hæc obiter, plura enim alibi.

(t) ἐγήνηκες] pro ἔγινες.

(v) στήχους] pro στίχους.

(u) γνωρίζει] malè præsente, Futuro uti debuerat; ita: θέλομεν σοῦ γνωρίσει. τὸ, θέλομεν enim apud modernos Græcos, semper cum Futuro construitur, ut θέλομεν πεινάσει, θέλομεν διψήσει. Non verò θέλομεν πεινᾷ, θέλομεν διψᾷ. &c.

(x) Ἀιωνήως) pro Ἀιωνίως.

νήως, καὶ (y) πρότον· μὲν ἂν (z) ἐπλέροσες τὰ ἄσπρα σὲ παρακαλῶ νὰ πάρῃς ἐκεῖνο τὸ γραμματάκι ὁποῦ τοῦ ἔδωσα ἀπὸ τὸ (a) χέρει μου διὰ νὰ μὴν μὲ κάμῃ καὶ τὰ ξαναπλερόσω ἐπειδὴ καὶ φθάνει (b) ἡ ἀδικήα ὁποῦ (c) ἐτράβηξα αὐτοῦ περὶ τῆς ὁποίας εἶχα γνώμην νὰ σοῦ γράψῳ (d) πλατήτερον παρὰ ὁποῦ σοῦ ἔγραψα εἰς τὴν (e) πρότην ἐπιστολὴν διὰ νὰ καταλάβῃς ταῖς (f) πανουργήαις τῶν γυναικῶν αὐτουνοῦ τοῦ τόπου νὰ (g) φυλάγεσε καὶ (h) ἀτόσου διὰ νὰ μὴν τὸ πάθῃς (i) καθῶς ἐ ἐγὼ ὅμως μὲ τὸ νὰ μὴν ἔλαβα ἀκόμι ἀπὸ κα-

νεναν

(y) πρότον) pro πρῶτον.

(z) ἐπλέροσες pro ἐπλέρωσας. Ita etiam inferius corrigendum est, ἐξαναπλερώσω ponendum est, loco τοῦ ξαναπλερόσω.

(a) χέρει) pro χερι vel χέριον.

(b) ἡ ἀδικήα) pro ἡ ἀδικία.

(c) ἐτράβηξα) Italicum est, *Travare*, vel *Travagliare*, exagito, vexo, &c. Debebat autem in penultima iota non verò ita ponere, ita ἐτράβιξα. ut Thema sit τραβίζω.

(d) πλατήτερον) pro πλατύτερον.

(e) πρότην) pro πρώτην.

(f) πανουργήαις) pro πανουργίαις, imò τὰς πανουργίας, quod etiam supra corrigendum atque scribendum, καὶ τὰς δύο σοῦ τὰς. &c. pro καὶ ταῖς δύο σοῦ ταῖς. &c.

(g) νὰ φυλάγεσε) pro φυλάγησαι.

(h) ἀτόσου) pro ἀτὸς σου.

(i) καθῶς) pro καθώς.

ἔναν σας ἀπόκρισιν διὰ τοῦτο (k) σειωπῶ, ἐπει-
ὴ καὶ (l) περισότεροι εἶναι οἱ ἀδικημένοι εἰς τὸν κόσ-
μον παρὰ τοὺς ἀδίκητους; ἀς ἀποβλέψομεν εἰς τοὺς
ἀπ' αἰῶνος ποῖος δὲν ἀδικήθηκεν ποῖος δὲν (m)
ἐκαταφρονέθηκεν εἰς τὸν κόσμον ἀπὸ ταῖς κακί-
αις τοῦ κόσμου; (n) Ἀκὸ κατὰ ἀλήθεια, καὶ ἐκεῖνοι
ὁποῦ τελείως ἐπαράτησαν τὸν κόσμον καὶ ἐζοῦσαν
εἰς τὴν ἔρυμον καθὼς (o) ὁ μακάριος (p)
αἰγήπτιος, ὁ μέγας (q) ἀντόνιος, καὶ ἄλλοι
ἄπειροι, καὶ ἐγὼ ὁπου ἀκόμι δὲν εἰμπορῶ νὰ
(r) ὀνομάσῳ τοῦ λόγου μου χριστιανὸν τὶ παρά-
δοξον

(k) σειωπῶ) pro σιωπῶ.

(l) περισότερον) pro περισσότερον.

(m) ἐκαταφρονέθηκεν) pro ἐκαταφρονήθη. Moris est apud Insulanos, Aoristo addere κε, & prior η. mutare in ε. quod non item apud alios Grœcos.

(n) ἀκὸ) ingenue fateor me nescire, quid hoc vocabulo significare volunt, nisi forte ἀκόμι. *adhuc*.

(o) ὁ μακάριος Αἰγήπτιος) quam plurimi sunt Græcæ linguæ jactatores, qui hujusmodi crassissimos errores committere solent, nemo sibi persuadere potest. Hic enim bonus Seraphim ob ignorantiam positionis Articuli, Substantivum fecit Adjectivum, & Adjectum Substantivum. Nam τὸ, ὁ μακάριος αἰγύπτιος, ita Latine sonat: Beatus Ægyptius. Quod ita ponendum foret: ὁ μακάριος ὁ Αἰγύπτιος. l. ὁ Αἰγύπτιος μακάριος. Ut fiat distinctio inter duo Adjectiva Nomina, quodnam loco Substantivi illorum accipiendum sit.

(p) Αἰγήπτιος) pro Αἰγύπτιος.

(q) Ἀντόνιος) pro Ἀντώνιος.

(r) νὰ ὀνομάσῳ) subscriptum ω male.

δοξον εἶναι. δέυτερον σὲ παρακαλῶ νὰ ῥωτήσῃς τὸν κὺρ διαμαντὴ ἂν ἐπλερώθηκαν τὰ καράβια ὁπῦ (s) εἴχαμεν νὰ (t) πέρομεν τὰ ἄσπρα τῦ ἀνθρώπων, καὶ διὰ τῦ περσὴχ τὰ ἄσπρα ἐπειδὴ καὶ τῦ τὰ γηρεύω καὶ μυ λέγει πῶς αὐτοὶ νὰ μῦ τὰ πλερώσασιν ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ ἔχυσιν ὁμολογίαν ἀπὸ τῦ (v) χέρει τυ εἰδὲ μὴ ἀς μῦ δόσυν τί ποτε, ἀπὸ τὰ ῥύχατυ διὰ τὰ ἄσπρα μυ εἰδὲ θέλω τῦ εἰπῇ πῶς τὰ ἄσπρα ὁπῦ τῦ ἐδόσασιν (u) εἶταν (x) ἐδηκάτυ (y) καθῶς τὸ (z) μαρτηρᾶ ὁ (a) πραμτευτῆς καὶ ὁ χωτζὰ μπαπᾶς, ἀκόμι νὰ τὺς ἐρωτήσῃς διὰ τὸν (b) ζακηνθηναῖον ὁπῦ μῦ (c) χρεοστᾶ τὺς τρεῖς (d) πύντυς, ἀκόμι διὰ τὸν ἀποστό-

(s) εἴχαμεν) pro εἴχαμεν.
(t) πάρομεν) pro πάρωμεν.
(v) χέρει) vide supra.
(u) εἶταν) pro ἦταν, vel ἦτον.
(x) ἐδηκὰ τυ) pro ἰδικάτυ.
(y) καθῶς) vid. supra.
(z) μαρτιρᾶ) pro μαρτυρεῖ, vel etiam in comuni μαρτυρᾷ.
(a) πραματευτῆς) male. Moderni enim Græci πραγματευτὴς, & πραμματευτὴς scribunt.
(b) ζακηνθηναῖον) pro ζακυνθινὸν.
(c) χρεοστᾶ) Græci χρεωστᾷ scribunt.
(d) πύντυς) Anglicanum est vocabulum, significatque monetam auream, quam Angli *Pound Sterling* vocant, valet ni fallor præter propter novem florenos argenteos.

ποςόλην ἂν (e) ἦλθεν ἀπὸ ταῖς (f) ἤνδηαις, (g) καὶ ἅπαξ ἀπλῶς κατὰ λεπτῶς νὰ μοῦ γράψῃς τὸ (h) γλύγορότερον διὰ νὰ σοῦ ἀποκριθῶ ἐπειδὴ ἐς εἶμαι εἰς τὸν (i) κυνημὸν διὰ τὴν (k) μοσκοβήαν, ταῦτα ὡς ἐν παρόδῳ ἐς ἐρώσω.

ἐν ἄγᾳ τῆς (l) Ὁλανδήας ἔτι
(m) σωτυρίῳ. 1703.
(n) Δοῦλο σου Σεραφείμ.

Hono-

(e) ἦλθεν) pro ἦλθεν.
(f) ἤνδηαις) pro ἀπὸ τὰς ἰνδίας.
(g) καὶ ἅπαξ ἀπλῶς κατὰ λεπτῶς) Barbariorem periodum in vulgari Græcorum lingua, neque legi, neque audivi. Nam ἅπαξ & ἀπλῶς & καταλεπτῶς unum eodemque & est & denotat. Seraphimus verò, non solum sensum, verum etiam compositionem horum ignoravit Nam ἅπαξ ἀπλῶς & καταλεπτῶς dicimus, non verò ἅπαξ ἀπλῶς, & κατὰ λεπτῶς, neque ἀπλῶς. sed ἁπλῶς. Sed de Spiritibus ac Commatibus, nil dico, nam nil rectè habet.
(h) γλυγορότερον) Moderni Græci γρηγορώτερον, & γληγορώτερον, mutato ἀμεταβολῷ ρ. in in λ.
(i) κυνημόν) pro κινημόν.
(k) Μοσκοβήαν) pro Μοσκοβίαν.
(l) ὁλανδήας) pro ὁλλανδίας.
(m) σωτυρίῳ) ab Etymo forte σώζω τυρὸν, servare caseum, i. e. anno, quo caseus in Hollandia à corrosione murium servatus est, id fortè fuit an. 1703. quo Seraphimus has exaravit literas. Istius etiam hic memento B. L. quod supra de anorthographia diximus, quod nempe ex illa oriantur ridicula, quale & præsens est.
(n) δοῦλο σου) Sciavo di V. S.

Honoratiſſimo Domino Demetrio Salutem!

" Valde ſane miratus ſum, qui fieri po-
" terat, ut abs te hic duas Literarum lineas in-
" terea temporis acciperem, cum non una vice
" tibi ſcripſerim! Mirum tamen non eſt (*a*) gen-
" tem Græcanicam ita eſſe ingratam! (*b*) ſcripſi
" tibi

(*a*) *Gentem Græcanicam ita ingratam eſſe: &c.*) Neſcio ſane an Gens Græcanica, an vero Seraphim in gratus Græcorum hoſpes fuit, (non enim ejus gentis filius erat) qui poſtquam â Græcis & hiſce Mercatoribus, ad quos ſcribit, tot beneficia etiam in remotiſſimis â Græcia locis, acceperit, his in tantum pudorem conjectis noctu ac clam Londinum relinquit, ita ut neque Mercatoribus hiſce, qui maximi ejus extiterunt Patroni, valediceret. Vel quibus beneficiis Seraphim Gentem Græcanicam oneraverat, quo jure merito ingratam illam appellare queat? Imo contrarium forte. Græcia enim Seraphimum non ſolum in gremiis ſuis nutrivit, verum etiam in externis regionibus ſuſtentavit, is verò pro acceptis beneficiis non gratias egit, ſed calumniari Græcanicam gentem cœpit, ut patet ex præfatione ejus in Novum Teſtamentum, quam poſtea Vir quidam mutavit, locoque ejus aliam ſubſtituit, ita ut vel ex hac præfatione, etiam exteris pateret, quanta fuerit Seraphimi malitia.

(*b*) *Scripſi Tibi ſemel &c.*) Eam ob cauſam indignatus Græcanicam Gentem ingratam vocat, quia Demetrius literis ſuis non reſpondit; ſed ô vanum Logicum! Demetrius ac Diamantes ipſi fuerunt ingrati, ergo tota Gens Græcorum eſt ingrata! Hic vel ille homo eſt fur & latro, ergo omnes homines fures ſunt & latrones. Inſipidam concluſionem Seraphimi; imo multi etiam inter eruditiſſimos hujusmodi inſipidi exſtitêre, ut ſupra ſat clare deduximus, quos ex uno alio-

" tibi ſemel Lipſia at nullum reſponſum obtinui, " ſcripſi etiam Pariſiis neque tamen reſponſum accepi. (c) Si id proter legem amicitiæ " non feciſſes, ſaltem Lege humanitatis coactus " id facere debuiſſes : dico ut literis meis reſponſum dares. Si dixeris literas meas " te non accepiſſe, (d) at Illuſtriſſimus legatus, " Amicus meus, me certiorem reddidit, tibi " utramque traditam eſſe. (e) Scias tamen, mi " Fra-

---

aliove Græco arrepta occaſione, de tota Græcia male judicare non puduit. Sed an Demetrius Seraphimo, qui tanta huic beneficia contulit, an vero Seraphimus Demetrio, diviti & optimo Mercatori, ingratus exſtiterit, inferius patebit melius.

(c) *Si id propter Legem Amicitiæ &c.*) Si ſciret Seraphimus, quid Lex Amicitiæ atque Humanitatis ſit, nunquam noctu Londinum reliquiſſet, Amicosque ſuos in tantum pudorem injeciſſet; eam etiam ob cauſam, ad quoscunque Mercatores ſcripſerat, nemo illorum quicquam reſpondit. Nam per Actum illum de quo ſupra diximus, omnibus odioſiſſimum ſe reddidit. Cum enim ſe pro Græco Monacho Londini venditaret, poſtquam tantum perpetraverat ſcelus, quis ibi Græcorum non ſibi terram hiare optaverat? Multas ſane ſeptimanas præ vociferatione puerorum poſt illos, domum egredi non ſunt auſi. Conſpicui enim ob habitum Græci Londini ſunt.

(d) *At Illuſtriſſimus legatus &c.*) Legatum Reipublicæ Venetorum vult, in cujus Sacello ſæpe, utpote Græcus unitus, miſſam celebravit, qua de re multa atque ſtupenda narrarem ni plagellarum obſtaret anguſtia.

(e) *Scias tamen mi Frater &c.*) Græci omnes & ſinguli Fratres ſe invicem appellare ſolent, quamvis nunquam poculum

" Frater! Amicitiæ, & humanitatis leges non
" esse tales. (*f*) Amicus etenim non est una vi-
" ce. Salutat te Andreas Cones, qui similiter
" miratur quidnam tecum factum sit? Si pla-
" cuerit huncce in te laborem suscipere, nobis-
" que duas saltem lineolas literarum scribere in
" æter-

culum Fraternitatis, ut mos est in Germania, invicem propinarint. Manfit enim Mos ille antiquus invicem tuissandi, ut Vocabulo, foro Juridico recepto, utar. Nam illos, quos sibi, non poculo, sed benedictione Sacerdotali, adsciscunt Fratres, non ἀδελφὸς, sed παραδελφὸς vocant, quos Turci *Cardaslyk*, nam Fratres uterinos *Cardàs*, & *bürader* nuncupant, Bulgari verò *Pobrátere*, uterinos vero *Bratcko*, & *Bratte* vocant. Hujusmodi παραδελφοὶ apud Græcos Juvenes non plures, quam tres fieri solent, idque non sine Testibus, atque invicem secundum præstitum Juramentum, tantam fiduciam, pietatem, atque concordiam servant, ut quæ Lucianus in Tokaris sive de Amicitia finxerit, omnia fere in hisce Græculis expleri videantur; alter enim pro altero mortem nihili pendit, de cujus rei origine, ceremoniis ac tempore, alibi fusius curioso Lectori narrabimus.

(*f*) *Nam Amicus non est una vice*) Hisce verbis minari Mercatori videtur. Sperabat enim, ut ex fine Epistolæ patet, Magnum aliquando in Moscovia Virum futurum, & quia hic Mercator ex Persia per Moscoviam atque Archangelum Londinum negotiabatur, se aliquando in illis regionibus, aut damnum ei pro neglecto responso, aut beneficia pro ejusdem executione, collaturum, ideoque silet illicò atque alia aggreditur dicens. Salutat Te Andreas Conis. Hic enim etiam ejusdem conditionis Mercator erat, atque innuere vult, quod quamvis Tu neglexeras me, tamen vide me familiaritate Conis uti.

"æternum hanc gratiam ſumus agnituri. Et "primo quidem: (g) Si pecunia illa abs te ſit "ſoluta, rogo te, ut Schedulam, quam ei ſub- "ſcripta manu mea tradideram, deleas, ne me "cogat, denuò illam ſolvere. (h) Sat enim in- "juriarum, illic perpeſſus ſum: de quibus plu- "ra ſcribendi animum habui, quam in priori- "bus ſcripſeram, ex quibus facile nequitias "mulierum, ejus loci peroipere poteras, ne & "ubi id eveniat, quod mihi, ſed cum adhuc à "nemine veſtrorum reſponſum acceperim, im- "præſentiarum taceo. Nam plures ſunt in "mundo, qui injurias patiantur, præ illis, qui "ab injuriis liberi ſunt. Aſpiciemus illos, qui "ab initio Seculorum vixerunt! ecquis illorum "in mundo ob mundi malitiam non fuit con- "temtus? Revera, & illi, qui mundo in totum "valedixerunt & in deſerto vitam egerunt, (i)

(g) *Si Pecunia illa abs Te ſoluta fuerit &c.*) Debuit hanc Pecuniam Anglo cuidam Seraphim, cui Demetrius me præſente omnino pro Seraphimo ſolvit, quamvis illi nihil ſcripſit, atque hæc eſt ingrata Gens Græcanica Seraphimo. Quanta beneficia huic hic Mercator contulit, ſi hic exponere vellem, fidem humanam ſuperarent. ô ingratum ſane hominem!

(h) *Injuria &c.*) Vide quæ ſupra diximus. Id ſaltem hic notandum: quod ſuam Maculam, quam oculis ſuis Mercatores Græci Londini videbant, literis frigidisque argumentis obliterare conetur; imprudenter ſanè.

(i) *Qualis fuit Macarius Ægyptius &c.*) Hanc Hiſtoriolam

" qualis fuit Macarius Ægyptius, Magnus An-
" tonius, aliique innumerii, ſæpe injuriis fue-
" runt obnoxii, & ſi ego idem patiar, quid mi-
" rum; (k) Cum nondum memetipſum Chri-
" ſtianum appellare poſſim? Secundò, rogo te,
" Dominum Diamantem interroges: (l) utrum
" Naves pecuniam illam, quam pro iſtis homi-
" nibus oportebat nos accipere, ſolverint, nec
" ne. Præterea etiam de pecunia Perſichi.
" Nam cum hanc ab illo poſtularem, ſe mihi ſol-
" viſſe, dicebat, propterea, quod habeat teſti-
" monium

---

lam de Macario innuere vult: Is enim accuſatus fuit Virginem quandam imprægnaſſe, atque ab incolis loci à Cellula ſua arreptus malè habitus fuit, ſed inventus innocens, & cum à famulo ei annunciatum fuiſſet, cives omnes & ſingulos velle ipſum adire, veniamque petere, ad montes & deſerta loca ſe occultatum ivit, ne innocentia ſua gloriari videretur; non item Seraphimus, ſed ἑαυτοφώρῳ captus noctu evaſit, non, ut ne videatur gloriari innocentia ſuâ, ſed ne dignam perpetrati ſceleris pœnam luat. ſed ſupplicia timuit. Non idem Macarius, cum quo Seraphimus ſeſe temere comparat. Novit enim Sanctus Macarius, nihil facilius, nihil glorioſius illo, qui innocenter patitur. Nullum hujusmodi homini impedimentum reſiſtit, ad vitam æternam feliciſſime obtinendam. Rarò hujusmodi occaſiones occurrunt, & felix, qui eam amplexus eſt.

(k) *Cum nondum memetipſum Chriſtianum &c.*) Sicubi Seraphimus veritatem dixerit, hicce primus eſt Locus.

(l) *Utrum naves pecuniam illam &c.*) Haud pauca millia, Navibus Italicis, Gallicis, Hiſpanicis, Barbaricis, Turcicis, Anglicis, Hollandicis, Græcorum Juvenum tempore belli, inſerviant.

monium à manu ſua; ſin vero pecuniam dare nolunt, ſaltem ex ſupellectile ejus nonnihil,

ſervinnt. Hi poſtquam naves ad hibernacula redeunt, Londini, quia ſæpe illico ſtipendia illis non ſolvuntur, Græcos Mercatores pro ſe ſiſtunt, qui, quando ſtipendia ſolvuntur Londini, pro iis accipiunt. Sæpe vero numero mutuò ab hiſce Mercatoribus accipiunt pecuniam, illamque alii ad Domos ſuas mittunt, alii ad alios uſus adhibent, Mercatores verò acceptis ab his teſtimoniis, dum mercedes ſolvuntur, exhibitis ſchedulis, recipiunt pecuniam ſuam, quam illis mutuam dederunt, quales autem quandoque in hiſce rebus ab utraque parte committantur fraudes, ex ſequentibus verbis epiſtolæ facilè patet. Illum Anglorum atque Gallorum morem non laudo. Nam quando Naves Mercatorum Smyrnam, Conſtantinopolin, Theſſalonicam, aliaque orientis Loca petunt, ſuis Nautis propriàs naves eò ducunt, poſtquam verò in Portum appulerint, bellicæ naves, quæ illas comitatæ ſunt, omnes ferme Nautas ad ſe recipiunt atq; bellum ſequuntur, Mercatores autem ad Naves ſuas domum reducendas Græcos conducunt, qui poſtquam naves has ad Portum reduxerunt, ad bellicas naves vi rapiuntur, quod non item faciunt Hollandi. Titubo jam Judicium ferre, utrum Jugum Turcicum hiſce grave veniat dicendum, an verò Chriſtianorum? Turci nullum neque Chriſtianum, niſi in bello captum, ne Turcam ad bellum cogunt: Chriſtiani verò Græcos in Turcia natos liberos vi raptos ſuos captivos reddunt, illoſque contra ſuos fratres bellum gerere cogunt. Nam cum tempore belli Anglorum & Gallorum naves Græcorum Militibus ſunt refertæ, fieri non poteſt, quin Græci contra Græcos volentes nolentes pugnam gerant. Ita Græci ab illis, à quibus auxilium expectare deberent, miſere tractantur; quod ſi Græcos in poteſtate ſua haberent, quid cum iisdem fieret? Ego ſi *Cæſaria Majeſtas* illos à

Jugo

"pro pecunia, quam mihi debet, dent, (m) "alioquin dicam huic, quod pecunia illa, "quam dederunt, fuerit sua propria, ut Mer-"cator & Chotza Babas testatur. Præterea "interroges de Zacynthense, qui mihi tres li-"bras debet, (n) & de Apostole utrum ex In-diis

Jugo Turcico liberares & mihi sane & ipsis gratularer, quamdiu autem hac Dei T. O. M. caremus gratiâ, nobis jugum Turcicum exoptabilius est, præ aliarum Nationum liberatione. οἰχήσεται enim παράμικρον, omnium preciosissimum libertas Religionis, plura alia hic narranda haberem, si id pagellarum angustia pateretur.

(m) *Alioquin dicam &c.*) Heic Novus Macarius noster Fraudem quam in pecunia Nautæ cujusdam Græci Persiches dicti commiserit, utpote conscius detegere velle videtur, sed promittit tamen, quod si ex supellectile ejus sibi aliquid dederit, non detecturum. Quibus vero fraudibus, erga hos miseros Nautas, usus fuerit Londini Seraphimus, tædet exponere. Mercator verò, quem in testem vocat, Anglus est nomine Jan Smith. Chozza Babas vero Armenus est natione, duo sunt Fratres, quorum unus Amstelodami, alter Londini negotiatur, ut divitiis, ita etiam Charitate & humanitate ornatissimi.

(n) *Et de Apostole utrum reversus est &c.*) Apostoles hic Lesbius fuit Juvenis, quem Seraphimus nescio quibus conditionibus seduxit, Londinumque secum abduxit, cujus prudentiam inde Lector B. cognoscas. Cum enim à Seraphimo, Viro Vagabundo, neque discere quicquam posset, neque aliud lucrum expectaret, Anglicanam linguam intolerabili labore addidicit, quæ illi in posterum utilissima fuit. Relicto enim Seraphimo, se Mercatori cuidam Aretino, advenæ & Linguæ Anglicanæ imperito applicavit, huicque jam scribam, jam Interpretem egit. Indias-

" diis reverſus ſit; nec ne? & uno verbo omnia " ſigillatim quantocyus ſi perſcribas, ut poſſim " tibi reſpondere, nam proxime iter mihi in " Moſcoviam ſuſcipiendum eſt. Hæc obiter & " vale &c.

Patet igitur ex hac ipſa epiſtola, non ſolum illa, quæ ſupra de Seraphimi petulantia diximus, veriſſima eſſe; verum etiam in utraque Græca lingua, tum vulgari tum antiqua, Barbarum fuiſſe optime conſtat. Etenim non ſolum in orthographia graviter peccat, verum etiam Phraſibus ac formulis utitur, quæ continentem colentibus inſipidæ, ridiculæque plane ſunt, ut infra melius patebit. Melius vero diſtinctionem inter Inſulanum & Epirotam Græcum exhibere non poſſum, niſi Epiſtolium quoddam hujus Demetrii, ad quem Seraphimus ſuam exaravit Epiſtolam, Chriſtiana Conſcientia teſte, hic adjiciam; eſt vero illud hujusmodi:

Indiæque una cum eodem Mercatore bis petiit, indeque haud leviculum lucrum reportavit, ita, ut ſi in vivis adhuc eſt, non dubitem illum ſat opulentum Mercatorem factum. Ita hic induſtria ſplendidam ſibi fabricavit fortunam, Seraphimus verò ſocordia & famam ſuam & fortunam delevit. Quantam enim fortunam amiſerit, cum Patriarchali domo relicta hinc inde verſari cæpit, & quam famam acquiſiviſſet, ſi modeſte ſe Londini gereret, facile patet, ſi B. L. Michaëlum Angelum, Cyrillum Lucarem, Metaxam, Metrophanem, aliosque Græcos perpendere velit.

Κὺρ Ἀλεξανδρε νά μὲ συμπαθήσῃς, ἐπειδὴ χ̀ πρὸ τ̃ νὰ λάβω τ̃ γραφήν σας, σᾶς ἀντέγραψα, ἐπειδὴ χ̀ εἶμαν ἔξω ἀπὸ τ̃ (α) χῶραν, χ̀ διὰ τ̃το ἔλαβα ὁμῶ τὰς γραφάς σας τ̃ πρωΐ δι τὸ βραδύ, διὰ τ̃το σᾶς παρακαλῶ νὰ ἔχετε ὀλίγον ὑπομονῆς ἕως ἂ νὰ ἔυρω ἄνθρωπον ἐμπιστευμένον διὰ νὰ σᾶς πέμψω τὰ ἄσπρα, χ̀ νὰ μ̃ χαιρετᾶτε τὸν κὺρ διάκονα χ̀ νὰ ἴδητε πῶς ὁ θεὸς θέλει τ̃ μεταχειρισθεῖ ὄργανον διὰ τ̃ ὠφέλειαν (β) &c. i. e. Domine A- " lexander ignoſce quæſo: Nam antequam tuam " acciperem, reſcripſeram tibi, cum extra ur- " bem verſarer, quare utramque tuam ſerius " die Mercurii recepi. Rogo igitur te, ut, us- " quedum fidelem hominem inveniam, quo- " cum pecuniam tibi mittam, patientiam ha- " beas. Saluta Dominum Diaconum nomine " meo, eique annuncia Deum illo inſtrumenti " inſtar ad utilitatem uſurum &c. Scio, quæ dicturus ſum, fidem humanam ſuperant! at ſat eſt, me huc nihil inſerviſſe, quod non jurejurando ac optima Conſcientia confirmare poſſim. Hic Demetrius neque Grammaticam Græcam, neque præcepta Orthographiæ novit, at non ſolum orthographia, verum & puritate linguæ vulgaris Seraphimum multis paraſan-

(α) χῶραν Londinum putat.

(β) Dat. Londin. An. D. 1707. Febr. 3. me Oxonii commorante.

rasangis post se relinquit. Seraphimi autem petulans ingenium atque Socordia inde patet, quod, neque lineam Græcæ vulgaris linguæ absque errore exarare potuerit. Nam An. D. MDCCI. Oxonii ni fallor, In Philothecam Mauricii Guilielmi Bœhmeri Noribergensis, posthac in patria Pastoris, quam mihi ex speciali erga me favore, Frater Viri Excellentissimi Domini Doctoris Gust. Georg. ZELTNERI, in Academia Altdorfina Theologi Celeberrimi, & Patroni mei summe venerandi, Joh. Conradus ZELTNERUS, Amicus & Fautor mihi plurimum æstimandus, communicavit, ita se inscripsit: Σεραφεὶμ ἱερομόναχος ὁ κ̅ (a) ἀρείων προσαγορευόμενος (b) λέσβηος φίλος τ̅ (c) κοινονήας τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ κατὰ τ̅ (d) δωθήσαν ἡμῖν πρὸς αὐτοῦ χάριν (e) μήναται ἐν ἐμοὶ (f) κἀγὼ (g) ἐν ἡμῖν ἄνευ γάρ ἐμοῦ οὐδύναθε (h) οὐδὲν ποιεῖν. Hoc sane vivum ignorantiæ Seraphimi testimonium, nemo omnino erit, qui in dubium

 vocare

(a) Ἀρείων vide quæ supra de hoc ἐπιθέτῳ nomine diximus. (b) λέσβηος, pro λέσβιος. (c) κοινονήας, pro κοινωνίας silentio jam prætereo sensum Theologicum, & quomodo ad palatum nonnullorum, Pessimus omnium bipedum, loquatur. (d) δωθήσαν, pro δοθεῖσαν. (e) μήναται, pro μείνατε. (f) κἀγὼ, pro κἀγώ. (g) ἐν ἡμῖν, pro ἐν ὑμῖν. alias nullus sensus. (h) οὐδὲν ποιεῖν. Latina est Constructio. Græca ita sonat: ποιεῖν οὐδὲν. Puncta ac Commata addas tu B. L.

vocare audebit, nisi Soli prius denegaverit lucem. Quo pacto igitur Seraphimus, cum esset Barbarus ex trivio, in ordinem Ecclesiasticum susceptus fuerat? Dicam breviter. In juventute sua multa didicit, & si plura & meliora discere voluisset haud infelicis ingenii erat homo, sed posteaquam huc, illucue vagabundus errare inceperat, vitamque Monachorum Græcorum sanctissimam spreverat voluptatibus carnis deditus, quicquid antehac didicerat, amisit, atque ingenii sui acumen ita depravavit, ut non minus exsequente Epistola λειβηθρίων stupidior videatur; est vero illa sequens:

Κὺρ μανὲ (α) χαίρεις ἐν κυρίῳ καὶ ἐυτυχὼν

Ἐθάυμασα κατὰ ἀλήθειαν κατὰ πολλὰ ἐπειδὴ ἅπαξ καὶ δὺς σοῦ ἔγραψα καὶ καμίαν ἀπόκρισιν δὲν ἔλαβα, ἐγὼ πάντοτε ἐθαρῶσα πῶς ἂν καὶ κανένας ἀπὸ τεσᾶς δὲν ἤθελεν μοῦ γράψει ἀπὸ τεσένα ποτὲ δὲν ἀμφήβαλα ὅμως κατὰ τὴν παροιμίαν μάτηα ὁποῦ δὲν βλέπουνται γλύγορα ἀλησμονοῦνται. θαῤῥῶ ὅμως εἰς τὸν θεὸν ὡς θέλω ζήσει καὶ χωρὶς τὴν ὑπερισήαν σου καὶ ἐλπίζω νὰ σε δῶ καὶ καμίαν φορὰν ἂν ζήσομεν καὶ οἱ

(α) χαίρεις) male ita scribimus χαίροις ἐυτυχὼν ἐν κυρίῳ. Cæterum anorthographias hujus Epistolæ ex priori corrigas L, B, ego saltem hic illa tangam, quæ sensum attinent.

ὁι δύο ἐπειδὴ ϗ ξέρεις πῶς ὁ καιρὸς ἔυκολα μεταβάλει ὅλα τὰ πράγματα περὶ τῶ ὁποίων δὲν εἰπορῶ νὰ σῦ γράφῳ, ἂν μᾶς ἐθχρέυονται ὁι ἐγγλέζοι; (β) ϗ δὲν εἶναι μηγάρεις ὅλος ὁ κόσμος ἐγγλέζοι; ἂς εἶναι καλλὰ ἐκεῖνοι ὁπῦ μᾶς ἀγαπῦν, ἂν μᾶς ἀτιμάζυν ὁι ἐγγλέζοι ἂς εἶναι καλλὰ ἐκεῖνοι ὁπῦ μᾶς τιμῦν, ὁ θεὸς νὰ τὺς ςερεόνῃ ϗ νὰ τὺς κρατεόνῃ πάντοτε διὰ νὰ ἔχομεν ϗ ἐμεῖς ὁι πτωχοὶ τὸ θάρρος ϗ ἐκέπος τυς. διὰ τὺς ὀικτηρμὺς τῦ θεῦ νὰ μῦ γράψῃς διὰ τὴν ἀβανήαν ὁπῦ μῦ ἐυγάλασιν ἀυτῦ, ϗ διὰ κάθε ἄλο πρᾶγμα. ἐξερέτως νὰ μῦ χαιρετᾶς, τὴν μπαμπὰ ϗ τὺς λοιπὺς ἄλυς φίλυς ϗ νὰ τῦ εἰπῇς πῶς μῦ ἐκακοφανήςηκεν πολλὰ ἐπειδὴ ϗ μυ ὑποςχέθηκεν διὰ νὰ με ὑπερετήσῃ ὡσὰν φίλος ϗ μήτε τολμῶ εἰπεῖν ὡσὰν ἁπλὸς γνώριμος δὲν ἔκαμεν, μαυρὴ μήρα μυ ἂν δὲν εἶχα ἄλυς φίλυς ϗ νὰ καρτερῶ ἀπὸ τοιύτυς ἀνθρώπυς, μὲ ὅλον τῦτο πές τυ πῶς τὴν παρακαλῶ νὰ με κάμῃ ἐτύτην τὴν χάριν νὰ δώσῃ ἐτύτην τὴν γραφὴν τῦ μαςρὸ τόρνας καὶ

(β) καὶ δὲν εἶναι μηγάρεις ὅλος ὁ κόσμος ἐγγλέζοι; &c. Rectus hujus periodi sensus hic est: *Num non omnino in toto mundo sunt Angli?* quod peccat gravissime contra rectum sensum, ita construi debuerat: καὶ μὴ γὰρ εἰς ὅλον τὸν κόσμον εἶναι ἐγγλέζει; *num in toto mundo sunt Angli?* Ignoravit omnino quod duas negationes δὲν, & μὴ faciant

unam

(γ) νὰ πάρῃ ἐκεῖνα τὰ βιβλία ὁ πῦ θέλει ἐ δώσῃ νὰ τὰ δώσῃ. τῦ φίλυ μυ αὐτυνῦ ὁπῦ θέλει, συδώσῃ τὴ γραφὴν διὰ νὰ μῦ τὰ πέμψῃ μεκάποιυς φίλυς μυ ὁπῦ ἔρχυνται ἐδὼ ὀγλύγορα εἰδὲ καὶ δὲν θέλει νὰ τὸ κάμῃ σὲ παρακαλῶ νὰ πάρῃς τὴ κόπον νὰ τὸ κάμῃς ἀτόσυ, ταῦτα, καὶ ἔῤῥωσω. ψόσὸς φίλος καὶ δῦλος σεραφείμ.

ἐν ἄγᾳ τῆ ὁλανδήας ἔτει σωτυρίῳ 1704.

" i. e. Valde revera miratus sum, cum semel, bisque Tibi scripserim, nullum tamen responsum hactenus accepisse. Equidem semper certum ratumque habui, quod si nullus Vestrorum ad me scriberet, id tamen abs Te nunquam esse metuendum. Ast secundum proverbium: oculorum, quos non videmus, cito

unam affirmationem præsertim in interrogativis, ac ita cum negare voluerit non esse totum mundum Anglum, ille contrariò, totum orbem terrarum Anglis implevit. Nam si dixero: καὶ μὴ γὰρ ἐγὼ ψεύδωμαι; nego me mentitum fuisse, vero si dixero: καὶ δὲν εἰμι μὴ γὰρ ψευδόμενος; vel καὶ μὴ γὰρ δὲν ψεύδομαι; affirmo me mentiri: Ex quibus patet utriusque Græcæ linguæ tum antiquæ tum novæ plane ignarum fuisse Seraphimum. (γ) νὰ πάρῃ, ἐκεῖνα τὰ βιβλία &c. Egregiam habuit Bibliothecam ex meris Patribus atque aliis Græcis autoribus constantem, verum tantum Seraphimo profuit, quantum speculum cæco. Huic omnino hæc Bibliotheca Græca fuit, quæ nec legi nec intelligi poterat.

" to obliviſcimur. Spe attamen mea in Deo " collocata, etiam absque Tuo auxilio vivere " poſſum; ſperò tamen me, ſi uterque ſupervi- " xerimus, Te olim viſurum. Scis enim tem- " pus omnia facile mutare, de quibus jam plura " ſcribere non valeo. Si Angli nos hoſtili pro- " ſequuntur animo, num totus mundus Anglis " eſt repletus? Bene ſit iis, qui nos amant; ſi " nos Angli opprobrio exponunt, ſit bene illis, " qui nos honore afficiunt! Deus hos confirmet " ac corroboret, ut eo facilius eorum protectio- " nem nos pauperes habere poſſimus. Oro " Te, per miſericordiam Dei, ſcribas de illata " mihi injuria, ut & cæteris circumſtantiis, quod " vero ſummum eſt, ſaluta D. Babam (cæteros- " que amicos omnes) illique dicas, quod male " tulerim; cum enim promiſerit ſe velle mihi " ut amicus inſervire, jam verò nec ſaltem ut " notus aliquid præſtitit. Væ me miſerum! Si " non ab aliis, ſed ab hujusmodi amicis auxi- " lium expectarem? Nihilominus dic, me ipſum " maximopere rogare, vellet me benevolentia " ſua proſequi, hacque epiſtola, in Tuis inclu- " ſa, Domino Torneſio tradita, accipiat *Libros* " *meos*, eosque huic amico qui Tibi has litteras " reddidit, tradat, qui mihi cum quibusdam " amicis, qui huc redituri ſunt, mittet. Sin " vero Babas id præſtare recuſaverit, hunc la- " borem in Te ſuſcipere velis etiam atque etiam rogo!

"togo! Hæcce & Vale. Tuus Amicus & ser-
"vus Seraphimus.

Hagæ Anno salutis 1704.

Hisce Literis Seraphimus, cum se videret nihil efficere (omnes enim ob commissum scelus detestati sunt eum) non Leonina, quod ajunt, sed vulpina pelle indutus clam Londinum petiit, atque nonnullorum sui commatis hominum ope obtinuit suos Libros de quibus jam supra scribit. Quod autem ita se res habeat, patet ex propria confessione. Nam cum tum temporis literas quasdam ei, Matthæo Pario, τῷ νῦν ἐν ἁγίων, tunc Halæ degenti mittendas tradidissem, apertis hisce subscripsit verbis: ἰδὺ κἀγὼ διὰ τ̃ παρούσης ἐπιστολῆς ἡμᾶς πάντας ἀδελφικῶς ἀσπάζομαι διά νὰ μὴν σᾶς βάλω εἰς ἔξοδα νὰ πλερόσεται διὰ ἄλην ἐπιστολὴν, καὶ σὲ παρακαλῶ νὰ πῇς τοῦ παπὰ νικολάου ὅτι κατὰ πολλὰ θαυμάζομαι πῶς δὲν μοῦ ἀποκρίθηκεν ἐπειδὴ τοῦ ἔγραψα δύο γραφαῖς, μίαν πρὸ τοῦ νὰ πάγω εἰς τὴν ἐγγλητέρα, καὶ ἄλην ὅταν ἐγήρησα, ἀκόμι σὲ παρακαλῶ νὰ τοῦ εἰπῇς νὰ ζητήσῃ τὸ ἀλκοράνι ὁποῦ ἄφησα εἰς τὴν βιβλιοπόλον τοῦ ὀρφανοτροφίου καὶ νὰ τὸ βάλῃ εἰς τὸ σεντούκι μου ἕως οὗ νὰ τοῦ γράψω νὰ μοῦ τὰ πέμψῃ. i. e. "Ecce & ego per præsentem episto-
"lam omnes & singulos vos fraterna salute com-

" compello, idque ideo feci, ut parcam sum-
" ptibus Vestris, quos pro mea epistola solvere
" deberetis. Rogo igitur Te, dicere velles Sa-
" cerdoti Nicolao, me maximopere admirari,
" quod cum binas ad eum epistolas scripserim,
" alteram antequam Angliam peterem, alte-
" ram postquam inde reversus sum, nullum ta-
" men responsum hactenus acceperim. Præterea
" dic ei ut Alcoranum, quod Halæ apud Biblio-
" polam Orphanotrophii reliqui, repetat, at-
" que cistulæ meæ includat donec ei scribam, ut
" mihi mittat &c. (α) Inde Moscoviam Sera-
phimum denuò petiisse, ex fine hujus epistolii pa-
tet ita enim acclamat: ἔλαβα τὴν σωτηριόδην
προσταγὴν τῆς ὀρθοδοξοτάτου τοῦ μεγαληωτητός
τοῦ διὰ νὰ πάγω &c. Sed quomodo? barba
tonsa, quadecausa cum â *Czaria Majestate*
increparetur (tonsura enim barbæ Græcis Mo-
nachis summum est dedecus) respondit brevi-
ter: quia per Pomeraniam ei proficiscendum
fuisset, ob metum ne â Suecis tanquam Sacer-
dos Moscoviticus caperetur, barbam in Ger-
mania reliquisse. Veniam etiam accipit & no-
vis beneficiis oneratur. Sed cum nonnullos
ibi

(α) Nota hanc epistolam ad manus meas hæreditate perve-
nisse. Cum enim supra dictus Matthæus Parius Halæ su-
premum obiret diem, omnes epistolæ, quas Oxonii ad
illum scripseram, ad me redierunt Anno 1707. Aug. 6.
quo desideratissimus Amicus meus è homine in Angelum
Dei transfiguratus est.

bi Conſtantinopolitanos, tum alios mercatores, qui ipſum & nequitias ipſius Londini cognoverant, videret, ipſique abunde conſtare eosdem ſe angue & cane pejus habituros, relinquit Moſcoviam, & denuò Halam atque Lipſiam revertitur, non amplius habitu Monachico, ſed Hiſtrionis inſtar, Gallico ornatus; quid enim cani cum balneo commune? vel ut clarius dicam: quid Monacho Græco cum habitu Gallicano? quod autem hæc vera ſint, ſplendidiſſimæ civitates, Hala & Lipſia teſtantur. Jam autem apud *Sereniſſimum Regem Suecie* interpretem agit.

Scio jam B. Lectorem attonitum fore, dicturumque: Animos noſtros ſummum tenet deſiderium ut ſaltem de Incolumitate Sereniſſimi Regis, quicquam percipere poſſimus; tu vero Græcule etiam interpretes ejus noſti? Certe tu Seraphimum, Virum optimum, malitia quadam commotus, vel potius Patriæ *πανίᾳ* laborans, ut olim Demoſthenes Æſchinum optimum Oratorem, absque ulla cauſa odio exponis; quod niſi vivis teſtimoniis id probaveris, quidquid de Seraphimo ſupra dixeris certo certius ſcias, nullam fidem penes Eruditos inventurum. At bona quæſo verba, & meliora dabo; Hiſtoriam namque recenſebo, quæ fidem humanam plane ſuperare videbitur. Anno enim 1712. cum *Czariam Majeſta-*

estatem Thermas Carolinas petiisse audirem, animusque CLEMENTISSIMUM REGEM videndi summo flagraret desiderio, nullis molestiis itineris absterritus relictis Musis Palæomæ, Thermas supra dictas petii, ibique MAJESTATIS SUÆ Archiatrum Per-Illustrem Dominum *Arestkinum*, Dominum meum & Patronum Gratiosissimum, rogavi velit aditum ad SERENISSIMUM REGEM mihi parare. Annuit Vir humanissimus & à REGE reversus hujusmodi mihi nuntium attulit: *Num etiam ego talis nebulo esse desiderem, qualis fuit Seraphimus, qui post tot accepta à REGE beneficia, jam Benderæ apud Regem Suecie interpretem ageret.*

Quo tum animo fuisse me existimas? Optabam sanè ut terra hiaret, meque illicò absorberet! Væ me miserum, quo vultu coram Tanti REGIS throno me sisterem! vix lacrymas continere poteram, Deum immortalem! quî fieri potest, ut ob unius Sceleratissimi hominis malitiam, tota quandoque gens male audiat? Quot denique hujusmodi lupi sub pelle ovina se Græcos jactant? Hic sceleratissimus omnium quantis quæso beneficiis in Germania aliisque locis oneratus fuit, non aliam ob causam, nisi quod simulare sciret Hypocritam agere? Hisce enim oblectantur nonnulli, ita ut si alius veniat, qui

qui ſincere & absque ullo fuco veritatem inquirat & profiteatur ſpernatur non aliter, ac homo profanus, atque peſſimus calumniator. Verum enim vero malo vel etiam propriis parentibus exoſus eſſe, quam vanæ gloriolæ cujuſdam cauſa patriam & veritatem offendere. Quare hujus adverſarii quicquid velint impoſterum, garriant. Haud enim in angulo quodam peracta ſunt hæc omnia, ut poſſint videri falſa, ſed palam, vivisque coloribus & teſtimoniis ſole meridiano clarioribus, omnia quæ diximus confirmata ſunt. Talis cum fuerit Seraphimus, hominum omnium ſceleratiſſimus, non dubitavit Patriarchas atque Metropolitas Græcorum, homines cum pietate tum caſtitate decantatiſſimos, convitiis atque calumniis, & quidem absque ulla cauſa, excipere, atque in præfatione novi Teſtamenti, talia proferre, quæ vix in abjectiſſimo libro ut inſerantur digna erant.

Id verò craſſæ ignorantiæ Seraphimi argumentum. nefas eſſet, ſi ſilentio præterirem. Metropolitam enim Cæſarienſem in præfatione ſua taxans, nimiam curioſitatem Turcicæ linguæ ei vitio vertit, quod Eparchiam ſuam aliquando coram Patriarcha Conſtantinopolitano, inuſitato vocabulo *Mauſup* vocaverat, quaſi verò Præfectis Eccleſiarum per Natoliam hinc inde diſperſarum, non ſumme neceſſaria lingua Turcica foret. Ecquis enim

quæſo

quæſo in Eparchia Cæſarienſi nunc Chriſtianorum eſt, qui ſaltem decem Græca vocabula, niſi prius magno labore linguam Græcam didicerit, proferre poteſt? Omnes enim et ſinguli Cæſaream Anghyram, Halepum, atque regiones orientales colentes Chriſtiani, aut Turcica, aut Arabica utuntur lingua. Adeoque ſummas Anglis referunt gratias, quod Novum (α) Teſtamentum tam nitida lingua Turcica edendum curaverint. Mihi Seraphimus (indignum ſanè ſceleratiſſimo homine tam ſanctum nomen) etiam Patriarchæ, Alexandrino, Antiocheno, ac Jeruſolymitano exactam Arabicæ linguæ notitiam, videtur vitio vertere, cum ſub ditione horum hæcce unica lingua floreat. Item Artæ Archiepiſcopo Italicæ linguæ notitiam in opprobrium vertit, ac ſi non ſemper ei cum Venetorum Præfectis, qui Eparchiam hujus Archiepiſcopi ſub poteſtate habent ſua, agenda eſſent negotia.

(α) Novum hoc Teſtamentum non is, qui edi curavit, in Turcicam linguam tranſtulit, ſed vel à Chriſtiano quopiam hujus linguæ peritiſſimo, acceptum edidit vel à Turca quodam levi emit pretio. Sunt enim non pauci inter Doctos Turcarum, qui Novum Teſtamentum non tantum libenter legunt, verum & meliorem interpretationem quotidie deſiderant. Et vivum jam Johanninæ exemplum habemus Achmet Efentim, qui ſupra jam laudati *Sagdeni* per multos annos auditor in omni diſciplina fuit, ut alios taceam, quos Adrianopoli & Conſtantinopoli noveram.

Sed cum hos ignorantiæ Græcæ linguæ acc[illegible] set, num Seraphimus hanc ignorantiam evi[illegible] taverit, necne, quamvis ex supra citatis ej[illegible] epistolis Barbarum ex trivio fuisse perspic[illegible] constitit, tamen & ex præfatione sua in N. T. clarius constabit. Hujusmodi enim ibi ri[illegible] diculosissimam periodum habet: καὶ δὲ νὰ μὴν ἀμφιβάλῃ κανεῖς, ὅτι ἀπὸ ζῆλον, ἢ ὄχι ἀπὸ πάθος γράφω, βάνω τὸν Θεὸν μάρτυρα. i. e. *Et ne quis putet, me zelo & non passione* (siv. animi malitia, idem enim in vulgo denotat) *hæcce scribere, Deum testor.* Lingua sane lapsa veritatem fassa! Ita enim debuisset mentem suam exponere: καὶ δὲ νὰ μὴν ἀμφιβάλῃ κἂν εἷς vel κἀνεῖς) ὡσὰν νὰ ἔγρα ἀπὸ πάθος, καὶ ὄχι ἀπὸ θερμὸν ζῆλον ἔχω τὸν Θεὸν μάρτυρα. i. e. *Et ne quis me putaret malitia quadam animi hæcce scripsisse, ac non pio zelo, Deum testor.* Illud quoque ejus ejusdem farinæ est: βλέποντας τὴν στέρησιν (pro στέρησιν) τοῦ τούτου ἀγαθοῦ. Ridiculè, & Insulanô ac Europæorum more sine articulo, pro: τούτου τοῦ ἀγαθοῦ. Et paulò inferius: Θείῳ ζήλῳ κινηθείς, καὶ παρὰ πινῶν (pro: παρά πινων) θεοσεβῶν παρακινηθεὶς (καὶ περ ἀνάξιος ὢν τούτου τοῦ ἔργου) i. e. *Divino zelo motus,* (α) *& à quibusdam*

(α) Hinc Lector Benev. si Oedipus est, facile divinare potest eum, qui Seraphimo Dux Auctorque ad hanc editionem in se suscipiendam exstitit.

piis commotus (quamvis indignus tanto ope-
& ſic porro ubique ſibi ſimilis eſt Seraphi
s, i. e. & literarum & bonarum ar-
n planè ignarus, plenus verò igna-
nec minus audacia, quæ hujus eſt filia. De
anorthographia in toto ferme Novo Te-
mento jam nihil dico, illud vero in titulo
jus, cachinnis eſt dignum: ἐν λονδόνῃ τῆς
γκλίας ἐν ἔτει, &c. Quam enim malè Græ-
rum auribus poſterior Præpoſitio (ἐν) ſo-
t, nemo non novit, qui Græcam linguam
ctius callet. Ex quibus facile L. B. col-
ere poteſt, quanta in hac novi Teſtamen-
editione miſeria linguæ, ignorantia ortho-
aphiæ, conſtructionis perverſitas, & con-
ſio ſenſûs recti, comprehendatur. At cùm
n miſer homuncio fuerit Seraphimus, non
buit aliis Græcæ linguæ ignorantiam obji-
re, cum ſemetipſum ab hac culpa, etiamſi
llet, nunquam profectò liberare poſſit.
anc ipſam Græcæ linguæ ignorantiam neque
Maximus Callìopolita evitare potuit, alioqui
i poterat, η, υ, ει, οι, cum ι, & ο, cum ω,
c non αι, cum ε, & vice verſa, confunde-
, ut ſupra ad oculum demonſtravimus?
ne nemo eſt inter Græcorum pueros, qui
ntinentem colunt, ſi ſaltem annum in Gram-
ticis triverint, quin mediocriter hæc di-
nguere noverit. Equidem non ſum neſcius,
ctiſſimam Græcæ linguæ notitiam inexhau-

ſtam ſudoriſque plenam eſſe, neque unquam perfectum jactitavi me Græcum, &, ut ſpero, neque antiquiſſimorum Græcorum ullus impunè de eo gloriari poterat ; At at, ſi propria experientia conjecturare liceat, certo certius Lectorem aſſeverare poſſum, ſimplicem antiquæ Græcæ linguæ notitiam, Græcis modernis, ut Plato de ſcientiis dicebat, ἀνάμνησιν eſſe quandam.

Neque tamen hoc de Inſulanis, & iis, qui nonnulla maritima loca colunt, dicere poſſum. Hujus aſſerti præter Seraphimum & *Maximum Calliopolitam*, infinita alia habemus exempla. Quid ? quod Maximus in ſua verſione abundet Italicis phraſibus, nec minus verborum perplexione atque conſtructione totus fermè à Græcorum ſtylo, qui continentem habitant, deflectit, id quod proximè clarius patebit.

CAPUT XVII.

Quo Maximi Calliopolitæ Metaphraſeos errores obiter Examini ſubjiciuntur.

HOcce in capite non eſt inſtituti noſtri Italicas, inconſuetas ac peregrinas Calliopolitanæ editionis examini ſubjicere voces, cujusmodi

jusmodi sunt: κατὰ, πεγγὶ, μόδι, σακκέλι, & infinitæ aliæ, neque etiam modos loquendi Italicos, ut sunt: ὡσὲ τὲ νὰ ἔλθω μαζύ. καὶ ἤτον ἐκεῖ ἕως εἰς τὸν θάνατον ἔ ἠρώδε. & : ἀμὴ ὡσὰν ἔμαθεν. Et illud: ὐδὲ γνωρίζει ποιὰς τὸν πατέρα ἔχει· ὁ γὸς, καὶ εἰς ὅποιον θέλει ὁ γὸς νὰ ἔ τὸ φανερώσῃ, Et illud, quod infinities occurrit: ἔχοντας καὶ νὰ. Cui respondit Italicum: *Banche*, vel Gallicum: *Bienque* & cæteræ incomptæ, ut vix risum quispiam inter legendum continere queat; Sed videamus utrum luminis, an verò obscuritatis multum hæc Metaphrasis Novi Fœderis addiderit codici. Adducam igitur hujus generis in medium non multa, & quidem absq; ulla verborum circuitione. Nam si omnia ac singula accuratè hic delineare velim, Herculeus sanè desideraretur labor. Invitamus igitur Lectorem Benevolum ad lectionem versûs 5. Capitis IV. Matthæi, ubi hujusmodi verborum est expressio, τότε τὸν ἐπῆρεν ὁ Διάβολος καὶ ἐπηγέντον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν. Hic non illud considerandum est: καὶ ἐπηγέντον, quam malè sonet, sed priora verba, quæ inter plebejos Græcos, non minus scandalum præbent, quam blasphema sunt. Græci enim hac ex parte, Germanis haud absimiles sunt. Injuriam enim passi, frequenter pronuntiare solent: τὸν ἐπῆρεν ὁ Διάβολος, νὰ τὸν πάρῃ ὁ Διάβολος, quod melius Germanicè, quam Latinè exprimitur hisce verbis: Es hat

ihn der Teuffel geholt. Et: Es soll ihn d
Teuffel holen. Iidem si quid perdiderint, quo
invenire haud valent, si quis eos interroga
verit, τί λοιπόν ἔγινεν? semper indignabundi
ἤρεν ὁ διάβολος exclamare solent; i. e. Di
bolus in tartarum abduxit. Id ipsum mihi
metipsi inter plebejos Germanos accidit. Cùm
enim ob ignorantiam Germanicæ linguæ, di
cerem: Es hat der Teuffel den HErrn Chri
stum geholet. pro geführet. Nonnulli, quibu
notum erat, me linguam ignorare Germani
cam, risum haud continere poterant. Cæte
ri me blasphemare existimabant; & nisi ab a
liis audirent, me esse Wälsch/ (ita enim lin
guæ Germanicæ ignaros appellare solent Ger
mani) cane & angue pejorem me haberent
Quamvis ut verum fatear, eorum animo
tentandi gratia hæcce protuleram verba. No
enim ignoravi quorundam juvenum, qui ar
tibus liberalibus operam dant, commune il
lud & tritissimum: Hol mich der und der
Imo verò virum doctissimum quendam, æstu
matissimumque qui in collegio suo πνευματικῷ
(ut ejus genuino utar titulo) dubitabat dæ
monem, cùm sit Spiritus posse corpus Jesu
Christi in altum levare, illudque in apice
templi collocare; Quasi verò non ibi addi
tum esset: εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλλε σεαυτὸν κάτω
i. e. Si Filius es Dei, da te hinc præcipitem;
& testimonio adducto: γέγραπται γὰρ, ὅτι τοῖς

Ἀγγέ

γγέλοις αὐτοῦ &c. Quod si non esset verum
rius, totum illud dæmonis cum Christo col-
quium è sacris literis expungendum fo-
et, dicendumque sanctum Evangelistam
liquid nobis tradidisse; quod à Spiritu
ancto ei non dictitatum fuit, imò verò &
Vetus & Novum Testamentum è medio
ollendum foret. Jam si Docti ac Erudi-
i, (non enim est opinio unius hisce in locis)
ex hujusmodi clarissimis scripturarum locis, i-
a commoventur, quid de Græcorum plebe
dicendum venit, si hujusmodi erronea trans-
latio in eorum perveniret manus? Certum
ratumque habeo, quod si quis è Græcorum
plebe in hunc erroneum scripturæ sacræ lo-
cum incideret, illicò exclamaturum: ἀνάθε-
μα καὶ ἐκεῖνον ὁποῦ τὸ μεταγλώττησε, καὶ ἐκεῖνον
ὁποῦ τὸ ἐτύπωσεν. atque absque ulla patriar-
chali excommunicatione præviâ hanc meta-
phrasin in ignem projecturum. Si quis in-
terrogare eum ausus fuerit, cur id faceret?
Hisce responderet verbis: νὰ τὸ πάρῃ ὁ διά-
βολος, vel, ὁ ἄνεμος, εἶναι αἱρετικὸν ταλαίπωρε.
ἐπειδὴ λέγει, πῶς ἐπῆρεν ὁ διάβολος τὸν χριστόν.
i. e. *Arripiat hoc Diabolus! est enim hæreticum,*
Miser. Dicit enim diabolum arripuisse Christum.
Idem etiam de versu octavo sentiret. Quod
si quis porro eum monere velit, etiamsi ipsis-
simus esset Patriarcha, quem omnes & sin-
guli communis Patris instar venerantur, non

minus hæreseos incurreret notam quam hæcce Calliopolitana Metaphrasis. Interpretandum itaque foret huncce in modum: καὶ τότε ὁ διάβολος ἐκρέτησεν, vel, ἐβάστασε, τὸν Ἰησοῦν καὶ τὸ ἐπῆγεν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, ἔπειτα τὸ ἔστησεν εἰς τὴν κορυφὴν, vel, εἰς τὸ πτερύγιον (utrumque notum est) καὶ λέγει αὐτῷ. &c. Sic etiam versu octavo vertendum foret: πάλιν δὲ ὁ διάβολος κρατήσας αὐτὸν, τὸ ἀνέβασεν εἰς βουνὸν πολλὰ ὑψηλὸν, &c. πολλὰ, adverbium est, neque circumflectitur unquam apud antiquos Græcos, neque moderni circumflectunt; ita Aristophan. ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταὐτὸν θύμον ψαγόντες, in Plut. & Xenoph. Cyr. πολλὰ μὲν ἐπαινέσαντες, πολλὰ δὲ δεξιωσάμενοι τὸ κῦρον &c. Et quod absque ulla exceptione est Isocratis illud contra Sophist. καὶ πρὸς πολλὰ φρονιμώτερα διακεῖσθαι ποιήσειεν. βούλομαι δὲ, &c. pro: καὶ πρὸς ἄλλον βίον πολὺ φρονιμωτέρως διακεῖσθαι ποιήσειεν. Etiam πολλὰ χρήσιμος & apud Antiquos & apud Modernos invenitur, & ita nunc mediocriter docti scribunt, cum non modò Calliopolitana, verum etiam Halensis editio circumflectit, ut etiam ἀκριβᾶ, καλᾶ. Et miror sane Seraphimum, qui cum in Epistolis suis, ut supra vidimus, τὸ πολλὰ, καλὰ non circumflectat, in sua tamen editione Novi Testamenti meliorem orthographiam neglexit. Sed hæc levidensia sunt, quare ad alia majora nos conferamus. Versu decimo ejusdem

capitis

capitis exstat : διατὶ εἶναι γραμμένον, &c. Constructio modernis Græcis plane inconsueta. διατί, enim vel διατί, præpositio apud modernos Græcos semper interrogationem denotat, quod tamen & omnes editiones & sæpissimè committunt, nec quidem *Reineccii* ab hisce erroribus eximenda est ; Oportebat igitur, vel : διότι, vel ἐπειδὴ proponere ; ita : ἐπειδὴ γεγραμμένον εὑρίσκεται, (vel εἶναι) κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, &c. ut in textu originali exstat. Hic enim multo clarior est, quam illa verborum circuitio in textu vulgari.

Capite V. vers. 18. supervacanea est métaphrasis, cum textus originalis hac multo clarior sit. Nihil jam dicam de versu III. hujus capitis : qui ita sonat : καλότυχοι ἐκεῖνοι, ὁπῶ εἶναι πτωχοὶ εἰς τὸ πνεῦμα. Quasi vero aliquid luminis addiderit hæc metaphrasis, & non eandem crambem bis coctam Lectoribus Græcis proponat. Quis etenim Græcorum plebejus antequam Doctorem audiat explicantem quid sit πτωχὸς εἰς τὸ πνεῦμα, percipere textum queat ? Vel cur à versu III. ad XI. usque, Ethnicorum more à καλὸς & τύχη composito utitur vocabulo, καλότυχοι dicens? Num ita barbaram plebem Græcorum factam existimat, ut plane ignoret quid sit μακάριος ? Num ita oblitus est, quô nomine á suis pleplebejis vocatus fuerit ? Plebs enim Græcorum suos monachos ita vocant : ἐσιώτατε,

ἱεροπρεπέστατε, αἰδεσιμώτατε, vel μακαριώτατε δέσποτα, nonnunquam ἅγιε πάτερ. Quid igitur opus ἔ, καλότυχοι? Ridiculum plane omnibus doctis juxta ac indoctis. Illud verò vers. XIX. ejusdem capitis. πολλὰ μικρὸς θέλει κληθῆ εἰς τὴν βασιλείαν τ᾽ οὐρανῶν, Lectorem plebejum in pernicioſiſſimum deducit ſenſum. Cum enim textus originalis per ἐλάχιστος abjectum & regno cœlorum indignum denotet, textus metaphraſeos, unum ex inferioribus in regno cœlorum illum facit, qui contra legem Domini peccat; Ex quo quid aliud ſequitur, quam nonnullorum fanaticorum ſententia, qui & ipſos dæmones Salutem & vitam æternam olim obtenturos exiſtimant. Ignoravit absque dubio bonus Calliopolita Sirachidis illud: ὁ πιστεύων νόμῳ προσέχει ἐντολαῖς, καὶ ὁ πεποιθὼς κυρίῳ, οὐκ ἐλαττωθήσεται. XXXII. 24. & Pſalm. 34. 10. πλούσιοι ἐπτώχευσαν καὶ ἐπείνασαν, (i. e. λιμώττουσι καὶ ἀσιτοῦνται) οἱ δὲ ζητοῦντες τὸν κύριον, οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. Quæ omnia ſupra citato textui è diametro opponuntur, atque ſimul explicant, quid velit indicare per τὸ, ἐλάχιστος κληθήσεται, h. e. miſer appellabitur in regno cœlorum. Vel quo pacto, is, qui pervertens legem Domini populumque à recta ſeducens via, inferior vel minor, ut metaphraſis vult Græca, in regno cœlorum, aut inter Beatos eſſe poteſt? Si quis me melius hunc textum explinare

nare queat, non invideo, ego concatenatam verborum seriem inspiciens aliter de hisce sentire non potui. Igitur metaphrasis hujusmodi tantum abest, ut talia loca clariora reddat scripturæ, ut magis magisque obscuriora faciat, atque pervertat. Ignorantia sanè hujuscemodi textuum plebem Græcorum haudquaquam damnabit, at notitia, quæ ex tam incauta, atque inconsiderata emergit metaphrasi, verendum ne illam deteriorem reddat. Plura hujusmodi & alia ex epistolis Apostoli hic adduxissem, nisi impræsentiarum prolixitate absterritus, in peculiarem dissertationem ea mihi reservassem.

Neque minus erroneus atque simul ridiculus sensus ex Cap. VI. v. 12. oritur. Notum enim omnibus est, in originali textu ὀφειλήματα *Delicta* atque *Peccata* denotari, & ὀφειλέτας *Delinquentes*: At metaphrasis Neo-Græca, planè contrarium vult, ita etenim sonat: καὶ (α) συγχώρησέ μας τὰ χρέημας, καθὼς καὶ ἐμεῖς συγχωροῦμεν τὺς χρεωφειλέτας μας. Quod Latinè ita ridicule sonat: *Et condona nobis pecu-*

(α) Male! Ita enim oportebat: συγχώρησον, vel, συγχώρησαι absque μας. Nam adjunctum est posteriori dictioni igitur vel: συγχώρησαί μας, τὰ χρέη, vel: συγχώρησον τὰ χρεημας, quod melius sonat. Quod autem συγχώρησαι cum αι & non ε scribatur, ut ne ad regulas Grammaticas recurram, videat Lector Psalm. LV. qui ita incipit: ἐνώτισαι ὁ θεὸς. &c. Media etenim tempora, jam pro activis, jam pro passivis accipiuntur.

pecuniam quam debemus, ſicut & nos condonamus illis, quam debent nobis. Nam apud modernos Græcos χρέος, & pluraliter τὰ χρέη, non ſecus atque apud priſcos Græcos æs alienum denotat; Ita Ariſtoph. Nub. ὑπὸ τῶν δανείων, καὶ τῶν χρεῶν. χρεωφειλέτας autem uſurarios hodie Græci una cum priſcis, qui communi utebantur lingua, vocare ſolent, quos tamen uſurarios Attici χρήστας, & debitores (α) χρεωφειλέτας & χρεώστας nuncupabant, ut et moderni, niſi quod quandoque ι addant, ita: χρεωφειλέτας & χρειώστας. Num igitur ex hujusmodi Metaphraſi clarior, an autem obſcurior atque ridiculus magis reddatur textus, judicium penes æquum Lectorem eſto. Metaphraſis hujusmodi, ſi quæ fieri deberet, argivos plane poſtulat oculos, & utriusque linguæ peritiſſimum interpretem; Id cum Vir eruditiſſimus (β) Chriſtian. Kortholdus rectè obſervaverit, ita differit: „ Interim nequa„ quam, inquit, eorum probamus temeritatem, „ qui vel illotis manibus rem tantam aggre„ diuntur, & idoneis neceſſariisque (γ) admi„ niculis non ſatis inſtructi, ſcripturas è fon„ tibus

(α) Vide Ariſtoph Nub. verſ. 239. & Scholiaſtam, ibid.

(β) Vid. Tract. de variis Scripturæ editionibus, pag. m. 93. §. III.

(γ) Adminiculis, &c. absque dubio in notitiam linguarum, hiſtorias antiquæ Eccleſiæ & lectionem Patrum digitum intendit.

„tibus in alias linguas traducendi provinciam „sibi imponunt; vel eam sibi invertendo su„mat licentiam, ut pro arbitrio suo vel ad„dant, vel subtrahant quod videtur: De cu„jusmodi perversoribus verius, quam conver„soribus (α) Hieronymus queritur. Interpretandum igitur fortè ita foret: καὶ συγχώ-ρησον τὰ πλαίσματά μας, καθὼς συγχωροῦμεν καὶ ἐ-μεῖς τοὺς πλάσοντας εἰς ἐμᾶς. Apud modernos enim Græcos ἁμαρτάνω & πλάσω pari passu ambulant. Deinde ἐμεῖς καὶ ἐμᾶς spiritu aspero scribuntur. η, enim in ε, mutatum, adeoque manet spiritus idem. Graviter enim illa Grammaticorum regula peccat, quæ ita sonat: η, mutato in (β) α, vel ε, nisi sit articulus, leni scribitur spiritu. Sed ingens sane volumen, si omnes hujus metaphraseos errores seorsim hic exponere velim, mihi conscribendum fore prævideo, atque τὸ παράεργον τοῦ ἔργου multis superaret parasangis, quamobrem in supra datis exemplis acquiescendum esse impræsentiarum duxi. Facile enim & ex paucis istis constat, quid de tota hac editione judicandum sit. Ut autem eo melius etiam tota lingua vulgaris in hac metaphrasi, quam misera sit, pateat, accipe hoc tentaminis nostrum Schediasma.

Tenta-

(α) Videatur ejus præfatio in Josue.
(β) Vid. Theocrit. Edyll. I, v. 1. Et in hoc. Scholia veterum.

Tentamen melioris Metaphraseos Novi Testamenti in Linguam Modernam Græcoram.

κεφ. Β. κ̅τ̅ Ματθαῖον.

1. καὶ γεννηθεὶς ὁ ἰησοῦς ἐν βηθλεὲμ τ̅ Ἰουδαίας, ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως εὐθὺς ἦλθαν μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς τὰ ἱεροσόλυμα λέγοντες.

2. ποῦ εἶναι ὁ γεννηθεὶς Βασιλεὺς τ̅ ἑβραίων; ἐπειδὴ ἡμεῖς ἰδόντες τὸ ἄστρον αὐτοῦ εἰς τ̅ ἀνατολὴν, ἤλθαμεν νὰ τ̅ προσκυνήσωμεν.

3. τοῦτο ἀκούσας ὁ Βασιλεὺς ἡρώδης ἐταράχθη κ̅ ὅλοι οἱ (α) ἰουδαῖοι μετ' αὐτοῦ.

4. Καὶ καλέσας ὅλους τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς γραμματεῖς τοῦ λαοῦ ἐρωτοῦσεν αὐτοὺς νὰ μάθῃ, ποῦ ὁ χριστὸς γεννᾶται;

5. Εκεῖνοι δὲ τοῦ ἀπεκρίθησαν, πῶς γεννᾶται, ἐν βηθλεὲμ τ̅ ἰουδάιας, καθὼς εὑρίσκεται γεγραμμένον ἐν τῷ προφήτῃ οὕτως.

6. Ἄκουεν βηθλεέμ γῆ τοῦ ἰούδα, σὺ δὲν θέλεις φανῇ ὀρφανὴ καὶ ταπεινὴ εἰς τοὺς ἡγουμένους τοῦ ἰούδα. ἐπειδὴ καὶ ἀπὸ τοῦ λόγου σου θέλει ἐξέλθη ἡγούμενος ὁ ὁποῖος θέλει ἐπιμεληθῇ τ̅ λαόν μου τ̅ Ἰσραήλ.

7. τότε ὁ ἡρώδης καλέσας τοὺς μάγους κ̅τ̅μέρος,

(α) ιουδαῖοι, pro ἱεροσόλυμα, nam hoc metaphorice aliud denotat.

μέρος, τȣ́ς ἐξέταζεν ἀκριβῶς νὰ μάθῃ τ̃ καιρὸν τȣ̃ ἄςρȣ ἐκείνȣ, ὁπȣ̃ εἴδασιν εἰς τ̃ ἀνατολὴν.

8. καὶ ἐυθὺς πέμποντας αὐτȣ̀ς εἰς τ̃ βηθλεὲμ ἔπεν, ὑπάγετε καὶ ἐρευνήσατε κ̃ τ̃ λεπτῶς καὶ ἐυρόντες τὸ παιδίον ἀναςρέψαντες δότε μοι εἴδησιν νὰ ὑπάγω καὶ ἐγὼ νὰ τῷ προσκυνήσω.

9. οἱ δὲ μάγοι ἀκȣ́σαντες τὰ λόγια τȣ̃ βασιλέως ἡρώδȣ, ἐπορέυθησαν, καὶ ἐυθὺς πάλιν τὸ ἄςρον ὁπȣ̃ εἴδασιν εἰς τ̃ ἀνατολὴν, προϋπῆγεν ἔμπροσθέντων τ̃ ἕως ὁπȣ̃ ἦλθε κ̃ ἐςάθη εἰς τ̃ τόπον ὁπȣ̃ ἦν τὸ παιδίον.

10. Ἰδόντες δὲ, οἱ μὰγοι, τὸ ἄςρον λίαν πολλὰ μεγάλην χαρὰν ἐχάρηκαν.

11. καὶ ἐλθόντες εἰς τό (β) ὁσπίτιον ἐυρίσκȣσι

(β) ὁσπίτιον, Latinum est, & ita Moderni Græci. Errant ii qui pro ὁσπίτιον σπῦτι, pro ψωμίον, ψωμὶ pro παιδίον, παιδὶ, pro ἀλέυριον vel ἄλευρον, ἀλεῦρι &c. scribere solent. Verum Rusticos Græcos ita proferre novi, at non esse imitandos à Doctis in suis scriptis arbitror, imo ne in loquendo quidem ad Rusticorum pronunciationem nos accomodare decet. Ridiculum enim esset, si cultior Germanus Rusticos velit imitari atque, ho da haans pro da sind sie. schneidt ig wadlich/ pro schneidt euch waidlich. und rais hüsch aigy/ pro reibe es hübsch ein; engs pro Euch. holß pro halß/ hultz pro holtz/ & hujus generis infinita alia, diceret aut scriberet. Ridicula enim sunt, quæ tamen nulla harum trium metaphrasium evitare potuit, sed

σκεπτὸ παιδίον μὲ τ' μαρίαν τ' (γ) μητέρα τυ, πίπλοντες ἐπροσκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίγοντες τὰς θησαυρὰς τυς ἐχάρεζαν αὐτῷ χρυσάφιον καὶ λίβανον καὶ σμύρναν.

12. καὶ ἐπειδὴ ἀπεκαλύφθηκεν αὐτοῖς εἰς τ' ὕπνον τους, πῶς δὲν πρέπει νὰ γυρίσωσι πάλιν εἰς τὸν ἡρώδην ἀνεχώρησαν εἰς τὴν πατρίδα τυς ἀπ' ἄλλον δρόμον.

13. καὶ ἀναχωρήσαντες (δ) οἱμάγοι παρευθὺς

sed ad nauseam usque hujusmodi vocibus usæ sunt. Illa vero in versu 1. νὰ, καὶ ἦλθαν μάγοι, & vers. 2. τὸ ἶναι ὁ βασιλεὺς τὸν ἰουδαίων ὁπὸ ἐγεννήθη. tam absurdissima sunt, quam ridiculosissima non minus quam si quis hæcce Gallica: Il est certain qu' ils ont un fardeau si disproportioné a la foi blesse d' un seul, qne s' ils ne s' appuyoient sur plusieurs, ils fairoient une chèute de le premier pas qu' ils voudroient faire. ita exponere velit: *Illud est certum quod habet unum onus ita disproportionatum in debilitatem unius solius, quod si illi non niterentur supra plures, illi facerent unum lapsionem in primo passu, quem illi vellent facere.* Hujusmodi interpretatione Calliopolitam in plurimis usum fuisse, nullum est dubium, & patet facile si quis textum originalem accuratius cum vulgari conferat, quare tantum ex hac metaphrasi Græcorum intelligeret plebs, quantum ex originali textu.

(γ) μητέρα, ita cultiores & Calliopolita Matth. cap. x. 29. & alibi.

(δ) οἱ μάγοι. Nam relativum αὐτοὶ semper supponit substantivum, ad quod refertur. Cur igitur relicto αὐτοὶ non οἱ μάγοι addiderit, ut fiat sensus clarior! jam vel ex hoc unicâ patet verborum serie, in sua metaphrasi non verum sensum secutos hos interpretes esse.

νὺς Ἄγγελος κυρίε ἐφάνη τῷ ἰωσὴφ εἰς τ ὕπνον
με κ εἶπεν αὐτῷ, ἀνασηκώσε κ λάβε τὸ παι-
δίον κ τ μητέρα τε κ φεῦγε εἰς τ αἴγυπτον
καὶ μεῖνε κεῖ ἕως ἄ νὰ σοι εἰπῶ. διότι ὁ ἡρώ-
δης θέλει ζητήσει τὸ παιδίον διὰ νὰ τὸ φο-
νεύσῃ.

14. καὶ σηκωθεὶς ὁ ἰωσὴφ τ νύκτα ἔλαβε
τὸ παιδίον καὶ τ μητέρα αὐτε καὶ ἔφυγεν εἰς
τ αἴγυπτον.

15. καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ ἕως ἄ ἀπέθανεν ὁ ἡρώ-
δης, κ τῦτο ἔγινε, διὰ νὰ πληρωθῇ ὁ λόγος
τε κυρίε ὁ ῥηθεὶς διὰ τε προφήτε. ἐκ τῆς
αἰγύπτε ἐκάλεσα τὸν υἱόν με.

16. Βλέποντας δὲ τότε ὁ ἡρώδης, ὅτι ἐπεμ-
παίχθη ἀπὸ τὸς μάγος ὠργίσθη πολλὰ βαρέως,
κ πέμψας ἀνθρώπος ἐφόνευσεν ὅλα τὰ παι-
δία, ὅσα εὑρέθησαν εἰς τ Βηθλεὲμ κ εἰς τὰ
σύνορα αὐτῆς, ἀπὸ δύο χρόνων κ κα-
τωτέρω, κ τὸν χρόνον ὁπῦ ἔμαθεν ἀκριβῶς
ἀπὸ τὸς μάγος.

17. κ τότε ἐπληρώθη ὁ λόγος τε προφήτε
ἱερεμίε, ὁπῦ εἶπεν.

18. Ἀκύσθη φωνὴ εἰς τ ραμᾶ, θρῆνος, κ
κλαυθμὸς, κ ὀδυρμὸς καταπλύς. ἡ ῥαχὴλ

ἐκλαιε τὰ τέκνα αὐτῆς καὶ παρηγορίαν δεν εἶχεν ἐπειδὴ (ε) ἀπεθάνασι.

19. καὶ ὅταν ἀπέθανεν ὁ ἡρώδης εὐθὺς Ἄγγελος κυρίε κατέβη εἰς τὸ ἄγυπτον καὶ ἐφάνη εἰς τὸν ὕπνον τῷ ἰωσὴφ.

20. καὶ λέγει, σηκωθεὶς λάβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα τε καὶ ὕπαγε εἰς τὴν γῆν ἰσραὴλ, διότι ἀπέθαναν ἐκεῖνοι, ὁ πῦ ἐζητοῦσαν νὰ φονεύσωσι τὸ παιδίον.

21. τότε σηκωθεὶς ὁ ἰωσὴφ παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα τε καὶ ἦλθεν εἰς τὴν γὴν ἰσραὴλ.

22. ἀλλ' ἐπειδὴ ἤκουσεν (ὁ ἰωσὴφ) ὅτι εἰς τὴν Ἰουδαίαν βασιλεύει ὁ Αρχέλαος ἀντὶ ἡρώδε τε πατρὸς αὐτε, ἐφοβήθη νὰ ἔλθῃ ἐκεῖ, καὶ ἐπειδὴ τε

(ε) ἀπέθανάν. hoc enim Evangelista vult. Nam scriptura sæpe, οὐκ ἔστιν, οὐκ ὑπάρχει, οὐκ ἦν, pro ἀπέβαινεν utitur, ut patet ex Psal. XXXIX. vers. ult. ἄνεσμοι, ἵνα ἀναβλέψω πρὸ τῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκ ἔτι, οὐ μὴ ὑπάρξω, & XXXVII. v. 10. καὶ ἔτι ὀλίγον καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ ζητήσεις τὸν τόπον αὐτῦ, καὶ οὐ μὴ εὑρῃς Item ἐκλείπειν καὶ ἐκλείψασι. vid. & Psalm. XVIII. v. 37. ita deberet unius textus sensum ex alio interpretari, ut sensum clariorem reddat; at is obscura per æque obscura παραφράζει. Igitur cessent imposterum Malevoli male de Græcis loqui, Illosque Barbaros appellare atque superstitiosos, quia hujusmodi Metaphrases flocci pendunt, ne hac ipsa sua insipida contentione non modo se nimium in doctrina sua superstitiosos esse ostendant, verum etiam barbaros ex trivio se probent esse.

τῷ ἐφανερώθη εἰς τ ὕπνον τ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τ γαλιλαίας.

23. ὅπ ἐρχόμενος ἐκατοίκησεν εἰς τ πόλιν, τ λεγομένην ναζαρὲτ, διὰ νὰ πληρωθῇ ἡ προφητεία, ἡ λέγουσι, θέλει (ζ) ὀνομαθῇ ναζωραῖος.

Ex hoc jam noſtro ſpecimine, vel me tacente, per facile B. L. dijudicare poteſt, quanto Aſinis præſtantiores Muli (εἰκ ἀναίνομαι.) Omnium quidem vocum, quibus in hoc capite uſus ſum, rationem redderem, niſi mihi rurſum totum caput hic deſcribendum foret. Hoc ſaltem hic obiter notandum venit, modernos Græcos ἀσθένεια Colicam Infantum vocare, ideoque in verſu 2. 9. & 10. ἄσθενον poſui. Id etiam ex hac noſtra metaphraſi haud obſcure eluceſcit, quam erronea opinio illa Edoardi Brerewodi (α) ſit, quæ ita ſonat: *verum*, inquit, *Lingua illa* (qua Græci in officiis utuntur) *non eſt vulgaris ſed antiqua & pura Græca, quam plebs non intelligit* & alibi: (β) *Certum eſt*, inquit, *tantam eſſe modernæ Linguæ Græcæ differentiam, ut Liturgiæ, quæ adhuc hodie in Græcis*

(ζ) ὀνομαθῇ item explicite denotat, καλεῖν enim multas ſignificationes habet *Invitare* ad Convivium, ad Nuptias, & præſertim apud Plebejos, καλεῖν τὸ παιδίον, vocare puerum è luſu vel ex alio loco denotat.

(α) Vid. ejus ſcrutinium Religionis cap. ultim pag. m. 144.

(β) Vide. Exercitat. philolog. de Differentia linguæ Græcor. veteris & Novæ Joh. Mich. Lang. Altdorf. an. 1707.

Ecclesiis leguntur, à vulgo vel parum, vel plane nihil intelligantur &c. Hæc verba sane toto aberrant Cœlo. Nos etenim & supra abunde & ex aliis autoribus, & ex scriptoribus, in vulgari lingua Græcorum contrarium ostendimus, & ex hac nostra metaphrasi clarius patet. Neque in exemplum nobis Apostoli illa verba ducat Vir Excellentissimus, quæ ita sonant: (α) ἐκεῖνοι ὁπȣ̃ ἀκȣ̃ȣν τὸν νόμȣν, δὲν εἶναι δίκαιοι σιμὰ εἰς τὸν θεὸν, διὰ μέσȣ τȣ̃ ἰησȣ̃ χριςȣ̃; πιςεύεις τȣ̃ λόγȣσȣ νὰ εἶσαι ὁδηγὸς τȣ̃ τυφλῶν; τί θέλομεν εἰπεῖ λοιπόν; νὰ ςεκομεςεν εἰς τὴν ἁμαρτίαν διὰ νὰ πλεωνάσῃ (β) χάρις; ἡ ἁμαρτία ἔςοντας νὰ πάρη ἀφορμὴν διὰ μέσȣ τῆς ἐνπολῆς ἔκαμεν εἰς ἐμένα κάθε λογῆς ἐπιθυμίαν. Nam non solum pessime, & non minus ridicula est horum verborum metaphrasis, quam illa supra à nobis in notulis è Gallicano textu data: Neque minus idiotis Græcis hæc metaphrasis obscura erit, quam idiotis Germanis (ut mihi experientia constat) in pura Germa-

(α) in ead. exercitat.

(β) male absque articulo sonat: id quod in plurimis aliis locis cum vulgarium editionum tum aliarum, observavimus. Quantam enim emphasin articulus in Græca lingua præbeat, Steph. Curcellæus in præfatione suæ editionis non ignoravit, at evitare hunc errorem non potuit, ut nihil de Milliana & Küsteriana, aliisque editionibus dicam.

Germanica lingua proposita. Quid si ita transtuliſſet: οἱ ἀκούοντες τὸν νόμον οὐκ εἰσὶ δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ: διὰ τοῦτο χρὴ σὲ πιστεύειν σὺ σεαυτὸν εἶναι ὁδηγὸν τῶν τυφλῶν; πλοιοπόν εἴπωμεν; μενοῦμεν ἐν ἁμαρτίαις ὅπως τὸ εὐαγγέλιον ἡ χάρις; ἡ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαμβάνουσα πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἐπέλεσεν εἰς ἐμέ. Sicuti hæc Metaphrasis à Constructione veterum ne gry quidem recedit, ita, sancte testor! multo clariorem priori Græcorum esse plebeiis. Idiotis Græcis non lingua Græca & hujus antiqua vocabula ignorantur, sed arcana & obscura verborum Constructio, quod si quis in posterum imitari voluerit, ut jam supra Metaphrastem orthodoxæ Homol. & Sebastum dedimus, de eo revera dicendum erit: *omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.* Neque multum illud valet, quod excell. Doctor Joh. Mich. Langius, in supracitata exercitat. dedit, nempe ζαγλίζω, ζαγλίζεις, ad differentiam Novæ & veteris Linguæ cognoscendam. Nam Italis forte hoc notum est, quod, *Colaphis cædo*, denotet, Græcis vero Continentem incolentibus, ζαγλίζω, & ζαγκλίζω, *meto* denotat, à ζάγκλη, falx antiquissimo vocabulo: neque ζαλίζω apud modernos Græcos colaphis cædere, denotat, sed vertigine laborare facio, à ζάλη fluctuatio, & ζαλαίνω demento, infatuo &c. Antiquorum verbis vel quis ἠπειρῶτης quod λυπηγένος & παραπονηγένος,

triſtem denotent? Ita enim D. D. Langius ex Allatio: ἀκούσατε νὰ σᾶς εἰπῶ θάνατον λυπηγένον, αἰφνίδιον πολλὰ σκληρὸν καὶ παραπονηγένον. Forte λυπημένον καὶ παραπονημένον. Quod utrumque antiquum eſt.

Neque etiam illud teſtimonium, quod D. D. Joh. Olearius de ignorantia modernorum Græcorum veteris linguæ in medium produxit, multum evincit; ita enim de Abbate quodam, Athanaſio Cremona ad Henricum Hilarium ſcribit: *ad hæc*, inquit, *affabilis, & mire facundus homo; ſed præter linguam vulgarem* μιζοβάρβαρον *callebat nullam, adeo, ut ægre abs me intelligi potuerit, &c.* Scio equidem hunc Abbatem parum intellexiſſe ſermonem Viri Eruditiſſimi pura Græca lingua utentis, idque non aliunde profectum eſſe puto quam è diverſo in Europa pronunciandi modo, quod mihi haud ſemel contigit. Nam Europæi non absque Græcorum riſu ſequentia confundere ſolent: β cum π & φ. γ, cum χ, δ, cum θ, & τ. ζ, cum Z. latino, quandoque cum ξ. σ, cum ζ, η, cum ε, aut cum αι, & hoc ſæpenumero cum αϊ, hoc rurſus cum εϊ &c. & ita quidem proferunt, ut vel peritisſimus Græcus eorum mentem inter loquendum aut legendum conſequi non poſſit. ut taceam jam latiniſmos atque Teuthonismos, quos non ſolum in loquelis, verum etiam in ſcriptis ſuis abundantiſſimè comittere ſolent, quale eſt illud cujusdam eruditi: Αμαξοσχοινόμνημα, pro,

Wagen-

Wagenseiliana memoria, λαμπρανδρολογία pro, *vitæ Illustrium virorum*, &, τῶν τε ὠφελημάτων ἐξαιρέτων (ut infinita alia præteream) καὶ μονοτρόπων ἐπαινεῖν διϊσχυρίζειν καὶ κραταιοῦν, προεῖλον, quæ fortassis ita construi deberent. τῶν ἐξαιρέτων ὠφελημάτων ἐπαινεῖν διϊσχυρίζεσθαι καὶ προειλόμην. μονότροπον huc non pertinet; Nam, vita solitaria ac simplex dicitur μονότροπος, non vero ὠφέλημα, nisi Germanicum illud exprimere, einen schlechten oder geringen Nutzen / per μονότροπον velit. Male etiam Doctissimus vir διϊσχυρίζειν posuit, pejus vero προεῖλον, Thema enim horum διϊσχυρίζομαι, & προαιροῦμαι. An autem ἀρετῆς αὐχήματα & ἐξαίρετα ὠφελήματα, κραταιοῦν dicatur, alii, si qui sint, judicent. Nam & sequentia Græca sunt, non tamen Græcè, prolata, hæcce: αὐτοὶ πρὸς τὸν τοῦτον τόπον μάλιστα λαμπρὸν, καὶ εἰς τοῦτο ἀκροατήριον μάλιστα ἔνδοξον καὶ ἀδόμενον, *maxime gloriosum & decantatum auditorium*! &: σύμβολον τὺ ξένιον pro ἔρανον, vel βραβεῖον, ὃ χαρίζομαι πᾶσιν ὑμῖν, καὶ ᾧτινι ὑμᾶς πάντας ἔνθεν ἀπολύω, ἡ ὑπόσχεσίς ἐστι τῆς θεραπείας μου, καὶ φιλότητος καὶ τῆς εὐχαριστίας, ἥτινι ἐμὲ ὑμῖν παρὰ πάντα καὶ ὁλόκληρον τῆς ζωῆς μου χρόνον ἀνδραποδίζω καὶ παραδιδοὺς δουλαγωγῶ. Fortassis τὰ μέλη τοῦ σώματος haud vero totum hominem. Vel quis unquam Græ-

corum peritissimus horum verborum sensum perfectum habere potest, τὰ πράγματα καλῶς καὶ κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς γνώμην προέβη, nisi prius latinam phrasim sciat: *res bene & secundum animi sententiam evenit*; &: ἡ φήμη θαυμαστῇ ταχύτητι εἰς πάντων ἀκοὰς ἐξεφοίτησεν. verbotenus: i. e. *Fama admiranda celeritate in omnium auditum evolavit.* &: τέλος αὐτοῖς τοῖς ῥωμαίοις πόλεμον εἰσήνεγκε, καὶ λαμπροτάτης νίκης ἐπέτυχε. i. e. *postremum ipsis Romanis bellum intulit & splendidissimam victoriam obtinuit!* Et hæc quidem mediocriter latinæ linguæ instructus Græcus, facile percipiet; Ast sequentium sensum perfectum, neque ipse eruere possum; sunt vero illa hæcce: ἐπὶ τὰς εὐεργεσίας ἀναριθμήτους διὰ τοῦ θεοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας εὐλογητοῦ ἰησοῦ χριστοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρειλημμένας τῷ ἐγγίζοντι αὐτοῦ γεννητῆς ἔγωγε μὲν δὴ παρακληθεὶς χρόνῳ μέμνημαι ὑπὲρ μεγέθος τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν, οἵτινες ἐκ παλαιοῦ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ παντὸς τοῦ παθήματος μυστήριον θαυμαστὸν ὅσον ἠλάττωσαν διδάσκοντες, ἁγιώτατον θεοῦ υἱὸν οὐκ ἐπιδεδέχθαι σάρκα τῇ ἡμετέρᾳ ὁμοούσιον, ἀλλ' ἀπαθῆ καὶ ἄφθαρτον. Nescio sane an αἱ εὐεργεσίαι, an vero οἱ αἰῶνες τοῦ εὐλογητοῦ ἰησεῖ χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, sunt illi, qui διδάσκοντες, negant τὸν ἁγιώ-

τατον

ωτον ἰὸν τȣ̃ θεȣ̃ Carnem nostræ similem accepisse. Nullum enim substantivum nomen huic periodo inest, ad quod hæc doctrina referri debeat; vel forte subauditur ex titulo operis, ut plane malam perplexionem verborum & articulorum defectum impræsentiarum taceam. Hæc sane neque etiam Docti Græci intelligunt, adeoque & hi quoque barbari nuncupandi sunt, ac puram linguam antiquam non intelligentes. Non igitur mirum est, si Athanasius Cremonas ob hujusmodi pronunciationem atque loquelas, Virum Celeberrimum Joh. Olearium non intellexerit, aliter enim hic, aliter ille pronunciavit atque locutus est. Vel si non puram atque antiquam linguam noster hic Cremonas intellexit, qui poterat Religionis & status Græcorum (ut paulo inferius idem Vir Celeberrimus loquitur) peritissimus esse? Nam inferius in eadem Epistola (quam supra ad Henric. Hilarium scriptam citavimus) ita scribit: *sane ab eo tempore, quo hic Religionis & status Græcorum peritissimus Abbas mihi innotuit, &c.* Unde quæso peritissimus Religionis & status, nisi ex lectione cotidiana S. S. Patrum, Bibliorum, Historicorum Ecclesiasticorum, quos nunquam in μιξοβάρβαρον linguam transfusos exstitisse, lippis & tonsoribus notum est. Hos enim omnes Autores, quamvis pura Græca lingua conscriptos Monachos nostros legere ac intelligere, Ricautus hisce testatur

 verbis:

verbis: „ toute leur ſcience ne vient, que de „ la lecture des peres & des conciles, de leur „ propre Egliſe, & des auteurs Eccleſiaſtiques „ du premier ſiécle (α) i. e. *tota illorum* (Monachorum nempe) *ſcientia non aliunde provenit, niſi è Lectione ſuæ propriæ Eccleſiæ patrum, & Conciliorum, ac autorum Eccleſiaſticorum, qui primo ſeculo & ante Conſtantinum Magnum vixerunt.* Si igitur horum autorum Monachi non ſunt ignari, quid de Athanaſio Cremona dicendum reſtat, qui non ſimplex Monachus verum & Monaſterii Iberorum in Athone, ut idem vir prodidit, Abbas fuit? præſertim cum ſtatûs Eccleſiæ Græcanicæ, illum peritiſſimum, vir Clariſſimus dixerit. Dolendum ſane! quod hunc Abbatem exhibitis bibliis aut S. patre quodam, non tentaverit, ac aquilam volare docuerit. Verum de Grammaticis regulis parum utique reſpondere poſſunt, quod & Ricautus prodidit, (quod alterum ſignum eſt, Græcos modernos non eo labore Græcam linguam veterem addiſcere, quo cæteræ Gentes, ſed lectione frequente, ut Germanus v. g. plebejus Germanicam cultiorem addiſcit linguam) at illos Patres & Concilia intelligere non auſus eſt negare, cum tamen in Europa, ubi tot Grammaticæ & Grammaticorum regulæ, miſere Græca dilanietur lingua, ut optime è ſupra datis conſtat exemplis. Aberrare igitur à veritate Joh. Fechtius vide-

(α) Vid. Ricaut. cap. XI. de ſtat. Græc. Eccl.

videtur, dum hujusmodi verba profert: So daß auch ihre Bischöffe pure ignoranten seyn/ und nicht einmal mit denen geringsten Wissenschafften ihre Vernunfft cultiviret haben.

Inferius etiam ob ignorantiam Latinæ, Gallicæ & aliarum nos accusat, atque vitio nobis vertit, quod cum Penelope versemur, & non cum ejusdem ancillulis. Sane si quis Fechtium in culpam Græcæ linguæ ignoratæ vocaret, multo majorem vim ejus haberet argumentum, quam dum Fechtius Græcos in aliarum linguarum ignorantiæ crimen vocat. Omnium enim scientiarum origines atque fontes, & imprimis Theologia ex unica Græca lingua emanarunt, non ex Latina, Italica, Gallica atque cæteris.

Denique unde bonus Fechtius de Græcorum Episcopis hujusmodi falsa proferendi occasionem nactus est? vel quis unquam Græcorum Monachorum ex quibus omnes Ecclesiæ Prælati eligi solent, has regiones petiit, qui non peritissimus Status ecclesiastici fuerit? Vel quid ab ecclesiasticis Græcis, qui sanctitate & pietate, ut jam supra pluribus ostendimus, addictissimi sunt, ulterius est desiderandum? Si quem assignare poterit, Magnus mihi erit Apollo, dummodum Græcè cum Græco loquatur, neque ex linguarum Europæorum ignorantia perperam dijudicet Græcorum eruditionem. Nonne Mich. Angelus peri-

peritiſſimus Status Græcorum Eccleſiæ fuit tamen hic Græcus erat. An vero rudis ille fuit Metrophanes Critopulus? Quam doctus quamque eruditus hic vir fuerit, non ſolum ejus teſtatur orientalis confeſſio, verum & oratio Græca, in inclyta Univerſitate Altdorfina An. Dom. M. DC. XXV. publicé habita, præſentibus etiam Generoſiſſimis Illuſtris Reipublicæ Noribergenſis Ablegatis, menſ. Jan. 23. Attamen Fechtio non placet hic vir.(α) At, ut ſilentio jam alia de Græcorum Monachis teſtimonia involvam, quæ à Cruſio & aliis peti poſſunt, illa ſaltem à Georg. Fehlavio deſumta in medium producam. Gabrielem enim quendam Presbyterum è Græcia Gotham veniſſe teſtatur, qui poſtquam in refectorio ita interrogatus fuiſſet: πῶς δικαιόμεθα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ; Reſpondit: πίστει. Rurſum interrogatus: πίστει καὶ ἔργοις: Reſpondit: οὐδὲν, ἀλλὰ μόνῃ πίστει. Præterlapſis autem annis duobus alios duos Gotham veniſſe fatetur, Stamum Calophetim & Theodorum Maſcopolum, qui hujusmodi fidei confeſſionem ediderunt: Χριστός ἐστιν ἀρχὴ καὶ τέλος τῆς δικαιοσύνης, ἡ σωτηρίας ἡμῶν. πίστει γὰρ μόνον λαμβάνομεν τὴν δικαιοσύνην, οὐκ ἔργοις. ἡ γὰρ πίστις θεμέλιόν ἐστι τῶν καλῶν ἔργων, καὶ ἄνθρωπος δικαιωθεὶς καὶ τὰ ἔργα ποιεῖ, ὡς δένδρον ἀγαθὸν καρπὸς καλούς. i. e. Chri-

(α) Vid. Cap. XI. de Stat. Græc. Eccleſ. §. 5.

Christus est principium & finis justificationis & nostræ salutis. Fide vero solummodo justificamur, (α) *non operibus. Fides autem fundamentum est bonorum operum, & homo justificatus (ex fide) & opera facit bona, ut bona arbor fructus bonos ferens.* Num etiam hi tres non sat docti fuere Fechtio? Quid ego de Dionysio cive meo dicam, quid de Neophyti Archiepiscopi Philippopolitani oratione Græca Oxonii in Theatro Scheldoniano habita memorem? Nihil de Coridallo, nihil de Cyrillo, nihil de Metaxa, prætereo etiam discursum illum docti cujusdam Angli cum Monacho Græco quodam habitum, qui in fine libri qui apud Anglos minores poëtæ vocatur in Octav. Lond. edit. legitur; Prætereo etiam Franciscum Prosalentem, qui Ani MDCCVI. Amsterodami degens, tractatulum edidit, cujus titulus: ὁ Αἱρετικὸς διδασκαλῶν ὑπὸ τῆς ὀρθοδόξου μαθητῆς ἐλεγχόμενος. Nihil etiam de Anastasio Macedone Halæ notissimo & ejus Oratione nuptiali ad hodiernum Borussorum Regem Serenissimum ante annos septem Græcè habita. Prætereo etiam Jeremiam sacerdotem Græcum

(α) Fallitur igitur Heineccius, qui in Tract. suo de Stat. Græc. Eccles. Part. II. Cap. IV. Græcos ignorare meritum Christi, ac operibus suis, nimium quantum tribuere, frustra conetur ostendere, cum & Patriarcha Jeremias, & Orthodoxa confessio nostra è diametro his opinionibus opponatur, quod infra clarius probabitur.

rim interea temporis? Reſpondi, ut decet, in me perexiguam eſſe Græcæ linguæ notitiam, neque etiam interea temporis Græcos Autores evolvendi mihi fuiſſe otium. Pragæ enim per triennium, præter collegia Logica, Phyſica, Metaphyſica, Theologica, illaque calamo excepta, nullum alium Autorem nobis evolvere licebat. Ita Guardianus, uti vocant, cottidie, diligentiſime noſtra conclavia viſitabat. Altdorffi verò, omnes juvenes, qui mecum indies verſantur, teſtari poſſunt, me, præter Novum Teſtamentum, nunquam alium Autorem Græcum legentem offendiſſe; Qualemcunque autem notitiam Græcæ linguæ habeo, quæ tamen apud me non admodum eximia eſt, eam ex Græcanicis Gymnaſiis mecum aſportavi.

Ex iſtis igitur omnibus patet, quam male quandoque de Græcorum eruditione ab Europæis ſententiæ ferantur. Præterea etiam hæc verba Fechtii temeritatem ſubolent, quando dicit: Illos, qui in exteris regionibus verſati fuerunt, dum in patriam revertuntur, ab Epiſcopis Græcorum, ex mera *ignorantia*, atque *brutalitate*, ut ejus utar terminis, ſpretos riſu atque ſarcaſmis excipi, cum nos, niſi prolixitas operis impedimento foret, contrarium oſtendere poſſimus, illosque, quorum ſupra mentionem fecimus, omnes ad ſummum dignitatis culmen perveniſſe facile probare-

baremus. Neque illud verum est, quando dicit, raram avem apud Græcos esse, si quis has Europæ oras petierit. Nam ex supradictis exemplis facile constat, Germanum doctum, multo rariorem avem esse, qui ipsam Græciam petierit, idque nonnisi prius officio functus: Hoc in contumeliam Fechtio vertitur, non illud Græcis. Plures enim Græcos eruditos enumerare possumus, qui Germaniam petierunt, quam Germanos qui Græciam ipsam, nisi Constantinopolin & Smyrnam, pro tota habere Græcia velint. Si Anglus, aut Hollandus, aut Gallus, vel Italus quidquam de paucitate peregrinantium Græcorum eruditorum objiceret, convincerem mendacii, quia autem Fechtius id dicit, convictus est ignorantiæ, sed cum plura Fechtii refutanda habeam, in aliam occasionem servabo. Nunc autem ordo nos vocat, ut etiam tertiam editionem Novi Testamenti, quae Halæ Anno Dom. M.DCC.X. cura Excellentissimi D. Professoris Franckii prodiit, leviter examinemus.

"Græcæ vulgaris studiis adsignando, o
"tem ei vicissim quotannis, & quo
"tres annos, stipendium centum & q
"ginta imperialium solvamus. Ha
"puam utrimque conditionem pacti
"Cætera, de quibus inter nos conve
"viora sunt. In mentem isthuc nuper
"cum ad litteras tuas respondenti mihi
"non ingrato nobis ad Academiam
"reditu verbulum forte excideret. Ita
"si causæ sint, quæ te à nobis arceant
"in labore præstituto pariterque in sup
"quod modo indicavi, annuo acquiesc
"teris te cum Don Collettti, Venetiis
"pediem, ut puto, Norimbergam adve
"te, conjungere, atque unà cum illo in
"te ad nos dare. Commendavit illum Do
"Mercator Venetus, Dno. - - - Merc
"Norimbergensi, apud quem tibi in illum
"quirendum erit opera R. D. - - - Sit
"benignum numen & consilio & auxilio,
"quod in rem tuam est, eligas, seu po
"nutum DEI, quam propriæ voluntatis
"ctum sequaris, mihi satisfactum arbitrab
"si in hoc casu quod gratum Deo est, fiat. V
"le. Tuus &c.

Ex quibus omnibus facile cuique pare
quantam, hic Vir summe reverendus ad Græ
cæ vulgaris linguæ studia in Germania pro-
movenda curam industriamque adhibuerit;

Ego

autem largissimum hoc in me collatum ficium non aliam ob causam tum recusa- m, quam quod haud me parem hujus- odi rebus subeundis putarem, præsertim cum non ut doceam, sed ut discam, re- s parentibus, cognatis, amicis, patria e- ue delitiis, in semotissimis regionibus, & si sub altero cœlo, tot me miseriis, peri- s, & animæ & corporis, ne dicam lu- iis puerorum, exposuerim. Nam sane æc, quæ modò dixi, sigillatim exponere m, fidem profecto superarent humanam, nisi fabulis similia viderentur doctis. O oties temerariam meam audaciam profun- simis deploravi suspiriis! Quoties plus quam antilem imprudentiam infinitis lachrymis isci conatus sum! Ast Turcarum, quos rbaros vocamus, adagium, quod ita sonat: *graký Pismàn faidé vermés.* i. e. Sera pœ- tentia nullam utilitatem præbet, sæpe in entem revocans, me solabar. Nam αὐτοψία doctus sum illud Luciani verissimum esse, uod de doctis infit, dicens: οἱ δὲ, τοσοῦτον ἄρα ἐδέησαν με τῆς παλαιᾶς ἐκείνης ἀγνοίας ἀπαλλάξαι, ὥστε καὶ εἰς μείζονας ἀπορίας φέροντες ἐνέβαλον.

Hisce tamen in *angustiis* animique anxie- tatibus, quibus miseri Græci ubique obrui- mur, non plane defuerunt Patroni, quorum

"Græcæ vulgaris ſtudiis adſignando, nos ra-
"tem ei viciſſim quotannis, & quidem per
"tres annos, ſtipendium centum & quinqua-
"ginta Imperialium ſolvamus. Hanc præ-
"puam utrimque conditionem pacti ſumus;
"Cætera, de quibus inter nos convênit, le-
"viora ſunt. In mentem iſthuc nuper habui,
"cum ad litteras tuas reſpondenti mihi de tuo
"non ingrato nobis ad Academiam noſtram
"reditu verbulum forte excideret. Itaque ni-
"ſi cauſæ ſint, quæ te à nobis arceant, & ſi
"in labore præſtituto pariterque in ſtipendio,
"quod modo indicavi, annuo acquieſcas, po-
"teris te cum Don Collettti, Venetiis pro-
"pediem, ut puto, Norimbergam adventan-
"te, conjungere, atque unà cum illo in viam
"te ad nos dare. Commendavit illum Dn. - - -
"Mercator Venetus, Dno. - - - Mercatori
"Norimbergenſi, apud quem tibi in illum re-
"quirendum erit opera R. D. - - - Sit tibi
"benignum numen & conſilio & auxilio, ut,
"quod in rem tuam eſt, eligas, ſeu potius
"nutum DEI, quam proprîæ voluntatis du-
"ctum ſequaris, mihi ſatisfactum arbitrabor,
"ſi in hoc caſu quod gratum Deo eſt, fiat. Va-
"le. Tuus &c.

Ex quibus omnibus facile cuique patet, quantam, hic Vir ſumme reverendus ad Græcæ vulgaris linguæ ſtudia in Germania promovenda curam induſtriamque adhibuerit;

Ego

Ego autem largissimum hoc in me collatum beneficium non aliam ob causam tum recusaveram, quam quod haud me parem hujuscemodi rebus subeundis putarem, præsertim vero cum non ut doceam, sed ut discam, relictis parentibus, cognatis, amicis, patria ejusque delitiis, in semotissimis regionibus, & quasi sub altero cœlo, tot me miseriis, periculis, & animæ & corporis, ne dicam ludibriis puerorum, exposuerim. Nam sane si hæc, quæ modò dixi, sigillatim exponere velim, fidem profecto superarent humanam, nonnisi fabulis similia viderentur doctis. O quoties temerariam meam audaciam profundissimis deploravi suspiriis! Quoties plus quam infantilem imprudentiam infinitis lachrymis ulcisci conatus sum! Ast Turcarum, quos Barbaros vocamus, adagium, quod ita sonat: *Sograký Pismàn faidé vermés.* i. e. Sera pœnitentia nullam utilitatem præbet, sæpe in mentem revocans, me solabar. Nam αὐτοψία edoctus sum illud Luciani verissimum esse, quod de doctis infit, dicens: οἱ δὲ, τοσοῦτον ἄρα ἐδέησαν με τῆς παλαιᾶς ἐκείνης ἀγνοίας ἀπαλλάξαι, ὥστε καὶ εἰς μείζονας ἀπορίας φέροντες ἐνέβαλον.

Hisce tamen in *angustiis* animique anxietatibus, quibus miseri Græci ubique obruimur, non plane defuerunt Patroni, quorum

nonnullos hic offendere videor; At excu-
tum me habeant, Viri de me optime me-
ti, si, tanquam veritatis alumnus, impræ-
tiarum aliquid proferam, quod non item o-
mnibus placebit. Nam sane omnium bipedum
pessimum me existimarem, si exiguum obbe-
neficium patriæ proditor, in veritatem injū-
rius esse mallem. Vel annon is parricida di-
cendus merito, qui, à latronum injuriis ma-
trem cum liberare posset, abstrahit manum,
illamque latrociniis hostium expositam, non
aliter atque crudelissimam novercam deserit?
An igitur matrem ecclesiam, in qua natus,
nutritus, illam inquam, quæ gremio suo su-
scepit, susceptum Christianum fecit factum pie-
tatem, castitatemq; docuit, & deniq; variis disci-
plinis instruxit, jam à nonnullorum injuriis ita
misere dilaniatam, videns, non liceat defen-
dere? Præsertim cum non solum justas ha-
beam causas, verum & testimonia, quæ ha-
ctenus produximus, & producturi sumus, me-
ridianos hosce radios solares, superare suo
splendore videantur.

Sane, si Græcorum adversarios iisdem
calumniis atque convitiis exciperemus, qui-
bus illi Græcos nostros, & quidem absque
ulla causa, dilacerare solent, eatenus fortè
nonnullorum ebulliret bilis suosque excede-
ret terminos, ut me, nescio quibus non con-
vitiis impostetum exciperent. Cum autem nu-

dam

lam veritatem exponimus, facile veniam potius, quam iram Patronorum meremur. Quod si enim hæc tertia quoque Novi Testamenti, Halensis nempe editio, Constantinopolin appulisset, (Nam ex literis Ann. MDCCXII. Julii 18. ad me datis, percepi nondum hanc illuc perveniſſe editionem,) æque rejecta uti & priores, fuisset, nullus dubito, quin excitati fuissent Viri docti, qui ob hanc causam, in majus barbariei crimen Græcos vocare modernos, non erubescerent, quia nempe hujusmodi regia beneficia, si modo & hæc vera essent, gratis Græcis oblata acceptare recusarent, *Pandoramque* dolis pectore suo plenam, κῆμαπ ἀνδράσι χρισιανοῖσι, καὶ ὄγκον ἀρέρης inutilem, quam procul à se removerent.

Ignorant miselli Græci, quæ lucra, quos honores eorum nomine, & denique, qui de eorum lúdatur corio! Cernis me hæc B. L. hæsitante exarare calamo, non quasi nihil haberem, quod scribam, non enim ignoro, neque careo literis nonnullorum juvenum Græcorum, qui diutius Oxonii studiis operam dederunt, ex quibus hic integram produxissem comœdiam: Non me later, qui Parisiis Græcorum tractentur adolescentes, neque ignoro, quibus promissionibus D. Adelungius Anastasii Macedonis & Nicolai Sacerdotis iter, quod versus Venetias susceperant, impediverit, eosq; alio deduxerit, spes; sua frustraverit. Asservo adhuc epistolas Neophyti, Archiepiscopi Philippo-

politani, in quibus plurima insunt testimonia cur Matthæus Parius, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, & Theodorus Basilei, spreta Britannia Halam petiêre. Non desunt mihi argumenta, ex literis beatis. Gabrielis Patriarchæ Constantinopolitani, τῷ νῦν ἐν ἁγίων χώρῳ, & Athanasii Metropolitæ Ἀνδριανουπόλεως, quibus nonnemo nostrorum increpatur, cur mutato itinere, quod versus Italiam susceperat, Halam petierit, cujusque apologia apud me servatur; non ignoro nonnullorum arcaniora de Græcis consilia, fraudes detestandas, ac turpissima eorum nomine conata lucra. Non sum præterea nescius, quid Anastasio, dum versus Berolinum iter suum dirigebat, accidit, ac quibus precibus victus suppresserit librum, de statu Juvenum Græcorum, qui in hisce Europæ regionibus studiis operam dederunt. Minime denique ignoro, quid Francisco à Woodrofio, quid Anastasio Amstelodami, contigit, & alia quam plurima novi tragediis plena; sed, ita me Deus amet, misereor horum hominum, quorum tota fama è calamo dependet nostro! quod forte aliis incredibile dictu videbitur, at non item iis, quorum conscientia læsa est. Optime enim nôrunt, quid hic nimia charitate Christiana suppressum, sicco præteream pede. Quam velim clarius Regia illa examinari beneficia, at quid dicam nescio, jussus omnia palam dicere, jam plurima, & quæ

mit-

maximi sunt momenti, ob imminens periculum, & injuriam temporis, reticere cogor, ac nonnisi σφιγγὸς δίκην ænigmata Lectori hoc capite propinare. Hocce tamen in aurem illorum dixero: quod si nec impostorum se corrigant atq; pæniteat ipsos facti, perque literas deprecentur, me ἑξω θελῶν factum, certo certius affirmo tibi, talem Dissertaciunculam edicturum, quâ ita nominatim nonnullos in scenam producam, ut citius Lunæ maculas, quam suorum metipsorum famæ abstergere queant! Ita rem dictu incredibilem in pectoris scrinio hæc vice supprimere conatus sum! Quicquid sit! Illud omnibus & singulis notum facio: me Græcum esse natum, de Parentibus non multum gloriabor, aft pro Patria genteque mea, præsertim vero, cum injusta ratione tantas injurias illam pati videam, neque propriis Parentibus quidem, nedum illis, quibus calumniæ in Græciam, & Græcorum diffamatio maxime conducit, ad propriumque interesse vergit, ullo modo parcam; Ita tempora, non ingenia Græcorum mutata sunt! Dabit igitur veniam Vir summe Reverendus Dominus Professor Franckius, si hanc suam Novi Testamenti in vulgarem linguam editionem, paulo durius examinavero. At scio me crambem bis coctam, quod ajunt, Lectoribus propositurum meis, si textum vulgarem hujus editionis impræsentiarum examinare velim. Nam, si dicendum quod res est, à Calliopolitana

editione aut parum admodum, aut plane nihil Halensis discrepat; nisi Orthographiam nonnunquam & paucarum vocum peregrinarum mutationem excipere velis; in cæteris eadem integra Maximi Colliopolitæ editio denuo Halæ recusa est, id. quod non solum ex præfatione Viri Excellentissimi patet, verum si quis utramque conferre velit, nullum esse discrimen inter has duas editiones facile percipiet. Ut autem L. B. plenioren verbis meis fidem habeat, ad sequentem discursum arrigat aures.

Circa finem an. MDCCXI. Cum versus Guelferbytum iter susciperem, inde Brunsuigam & per Helmstadium Halam Patronos visendi gratia perventrem, & cum inter omnes viros celeberrimos, præcipuus mihi Excellentissimus Prof. Franckius esset, prima quoque data opera illum adii, qui, ut solet, pro sua mansuetudine, humanissime me excepit, atque post vicissim expositas gratulationes variosque discursus, etiam Exemplar hujus fœderis novi, editionis suæ, eleganter compactum, obtulit mihi, justitque simul, ut illud mecum in diversorium meum feram, atque perlectis nonnullis paginis altero die, horis pomeridianis, aperte de hac editione dicam meam sententiam. Poteram equidem dissimulare, institutum collaudans, ac hoc ipsô majorem tanti Viri favorem aucupari, ut solent ii facere, qui nec Deum, nec homines verentur, modo ex perversissimis eorum mor-

moribus proprium redundat commodum; at ego, ut ubique ἀνυπόκριτος esse soleo, unde fit, ut tam odiosus nonnullis sim (veritas enim ubique odium, & simplicitas morum invidiam comitem habet) utriusque præfationis, tum Heimanni Græcæ, tum Clarissimi Professoris Latinæ, haud leviusculam dedi censuram; imo palam dixi: Græcam præfationem plane expungendam esse, cum ob Græcæ linguæ in eam idiotismum, tum ob sententiam quandam, quam Franciscus Prosalentes, tractatu jam supra citato, gravissime impugnavit. Latinæ quoque præfationis loca nonnulla calamo notavi ostendique illa, Græculis, ut vocant, non admodum grata futura. Imo aperte dixi, inconsiderate ac perperam huic operi latinam præfationem annexam esse. Quanti enim Græci latinam linguam faciant, præsertim in rebus Theologicis, & N. ac v. T. Ricauto nemo melius expertus est. Addebam denique: Cur Vir Excellentissimus Nomen Seraphimi, cum sciret eum, quippe excommunicatum, odiosissimum Græcis esse redditum, non reticuerit in præfatione sua; respondit primum: nihil præfatione huic in esse tale; Cum ostenderem digito: se non prævidisse, ut taceam jam alia, quæ ἀπροσωποληψίας tunc temporis monui, quare illud exemplar lineis abs me subductum retinuit. Vir Doctissimus, amoris ac fidei meæ, ut ajebat, signum mihi vero aliud haud dissimili compactu,

pactura, tradidit, atque simul addens, se ad emolumentum gentis meæ; nullis sumtibus parcere velle, adeoque si aliam præfationem, rejectis prioribus, præfigere velim, gratissimam sibi futuram, addebat quoque & pro labore honorarium, & victum honeste præbiturum, usque dum opus ad finem perducatur, & si diutius manere velim, etiam se non defuturum. Promisi me illam Altdorfio absque istis sumptibus, missurum; præsertim cum de commodo gentis meæ agatur, me parvi hujusmodi lucra facere; sed postea in nidum Musarum mearum reversus, cur mentem mutaverim, sequens ad eandem virum, quem toties hic laudavimus, mea data Epistola melius declarabit.

Viro Reverendissimo &c. salvo titulo.

"Id equidem, Vir Reverendissime, quod "nuper promiseram, diu jamdum peractum "apud me retineo, ast non quod fortassis mit-"tere nollem, aut me consilii pœniteret, ali-"quamdiu rem retardavi, sed apertioribus "oculis ponderata ratione, frustrâ in me hunc "laborem suscepisse inde perspexi. Præter "namque utramque præfationem (si verita-"tem ullo absque fuco ac apertè fateri me li-"ceat) multa in hoc opusculo reprehensione "gravissima commissa reperiuntur, quibus ita

"ma-

" manentibus, etiamsi aurea præfigatur Præfa-
" tio, valdè tamen mihi suspectam acceptio-
" nem reddere videtur. Quamobrem dolui
" profecto, & ex animi sententia maximè ægrè
" tuli, me huic editioni (quâ nihil elegantius, ut
" infrà ostendam, in mundum prodiisset) ma-
" num qualis qualis sit, admovere non potuis-
" se: &, ut arbitror, multo fortasse feliciori cum
" successu res scopum attigisset suum; jam ve-
" ro quid dicam faciamve, nescio! Vir quidem
" ille, qui se Atheniensem falso fingit, etiamsi
" nomen istud, ut Corium, apud Æsopum, Cro-
" codilum, Italum, & fide & patria, non dico
" lingua, esse prodit, corrigere quidem aliquali-
" ter conatus est, ita tamen, ut quod Fullo de-
" albaverat, Carbonarius fuligine repleret;
" Cujus rei fidem R. sacerdos noster, qui ibi
" jam versatur, faciat. Quam absurda enim hæc
" sunt illius, τύχη, τορνέσιον, κȣτίον, καλοθέ-
" λησις, ac alia hujus farinæ quam plurima; Præ-
" sertim vero metaphrasis illa τȣ̃, δόξα ἐν ὑψί-
" στοις θεῷ, ac si non lippis & tonsoribus, a-
" pud nos, esset notissimum. Nam nullus est
" dies, quo in templo non cantatur; sed ideo
" forte hæc ita fecerat, ut præfixo nomine suo,
" justam inde apud Italos, contra Græcam Ec-
" clesiam schismaticam (ita enim illam vocant)
" vane gloriandi occasionem habeat, quod & fe-
" cit. Profecto, Homo tali negotio destinatus,

" non

" non modo in vulgari hac lingua versatissimus
" debet esse, sed etiam more; quoque homi-
" num, & præsertim superiorum, ut nuper mo-
" nui, sat perspectos sibi habere debet; non mi-
" nus autem pietate ac timore Dei præditus.
" Christianorum enim animæ inde dependent
" atque nutriuntur, quibuscum haud luden-
" dum est? Nam si vel unicum vocabulum haud
" diligenter explanatum, occasionem scandali
" Fratribus nostris præbuerit, sat superque est,
" ut rationem olim Deus, O. M. non tam à
" translatoribus quam ab Introductoribus, ut
" ita dicam, Clero & Patriarchis puta, postulet.
" Itaque justam querimoniæ causam Europæ;
" non habent, quare modernos Græcos Bar-
" bariei criminis accusarent, quia N. T. lingua
" vulgari oblatum suscipere recusaverint. Ig-
" norantiam suam illi deplorant, & non Græ-
" corum hac in re, negligentiamne dicam, an
" diligentiam ac vigilantiam, potius. Noli
" vero, Vir Magnifice, Parrhesiæ meæ vitio ver-
" tere! Nam profecto, ni huic editioni Tuam
" admovisses manum, integer tractatus à me
" concinnatus dudum hac de re in publicum
" prodiisset, qui non solummodo interpretes,
" eorumque errores pene infinitos, vitas ac
" mores misere prostituit, sed etiam delatorum
" insicias, pingues crassasque Minervas variis
" coloribus depictas omnium conspectui ca-
" chinnis plenissimas sisteret; at prævenit me
" Magni-

" Magnificentia Tua, & à ſcribendo detraxit
" manum. Optime noſti, Vir ſumme, argumen-
" ta hac de re mihi non defutura! Aſt tantum
" mihi Patronum offenſum reddere nolim! ſed
" illis duabus prioribus relictis, præſentem, cum
" Tua venia pauliſper examinemus: & ut cla-
" rius id, quod prætendo pateat, ſequentia,
" pro Tua manſuetudine, æquo audire animo
" haud graveris quæſo! Diu jam dum id con-
" ſuetudinis apud me invaluit, ut, abſit vana ja-
" ctantia! poſt matutinas præcatiunculas, unum
" alterumve caput ex ſacris ſcriptis perlegam,
" & ut in ſuccum & ſanguinem, ut ajunt, lectio-
" nem vertere poſſim, aut in communem no-
" ſtram, aut Turcicam & latinam, vel etiam in
" Anglicanam quandoque transferre ſoleo, ita
" brevi hac methodo, & illarum non obli-
" ſcor, & ſenſus ſſ. codicum firmius memoriæ
" imprimitur: enim vero poſteaquam veſtram
" editionem, abs Te dono accepi, mutavi hoc
" meum conſilium, atque miſſo originali textu,
" vulgarem legere ac accuratiſſime, quantum
" fieri poteſt, ſi quid erroris inſit obſervare vol-
" vi. Sed ſane profecto tanta mihi mutanda ac
" emendanda occurrunt, ut ſi vel 5. 6. 7. atque
" 8. capitis S. Matth. menda exponam, mirabe-
" ris certo ſcio illorum interpretum in vulgari
" lingua ſummam ignorantiam. Et ſane aliter
" fieri nequaquam poterat, cum illi homines,
" Italiam, Galliam, Hollandiam, Angliam, Ger-

" mas

maniam atque alias Europæ regiones viderunt ac diutius fortaſſe in his verſati fuerint, ſed in Græcia præter Inſulas nihil! De Domino vero Anaſtaſio nihil dico, hoc tamen certum ratumque habeo, illum non ut denuò imprimeretur correxiſſe, ſed ad lubitum ſaltem. Patebit autem dictorum veritas, ſi ejusdem præfat. in Grammat. optimi Tribbech. quis legat & N. T. verſionem. Imo ſiquis ὁμολόδοξον Homolog. noſtram ante aliquot annos Lipſiæ editam, quæ etiam ex Ruſſica in vulgarem noſtram translata eſt, legat, atque cum N. T. metaphraſi conferat, vel Gabrielis Philadelphiæ Epiſcop. & Maximi Peloponneſenſis controverſias, & alios hujus commatis, ſi quis legerit, facile differentiam utriusque linguæ cognoſcere poteſt. Ut autem ſepoſita controverſia verbis meis abs re ipſa fidem faciam, præſens ſchediaſma apecias velim, ex quo & me non fruſtra parrheſiâ hâc uſum; & noſtrates haud temere hujusmodi editiones ac verſiones, recuſare, facile intelliges. (*) Jam ſi tot in frontiſpicio emendanda reperiuntur, quotnam occurrerent, ſi quis totum N. T. obiter percurrere vellet? Taceo jam quod in originali quoque textu in Europa N. T. impreſſum acceptare recuſant Græci, velim vero & illorum nonnullos hic citare errores

(*) deeſt hic ſchedula in qua à cap. I. ad 8. usque S. Matth. Halenſis editionis ſphalmata corrigebantur, quæ ſi ad manus haberem hic ſubjicere haud pigeret.

rores, profecto non typographicos: sed μωμεῖσθαι πᾶσι ῥᾴδιον, difficile vero consilium rectius invenire. Ast ridiculum foret prorsus hominem talem, qualis ego sum, tali tantoque viro, cujus fama in tota versatur Europa, consilia suppeditare velle. At si patienter ferre haud graveris, non consilium, sed opinionem saltem meam pauciſſimis declarabo. Et primum quidem hoc N. T. revidere ac errores linguæ corrigere animus est. Deinde obscuriora loca paraphrasi quadam dilucidabo, subjiciamque adnotatiunculas breviſſimas, non meis verbis prout Don Coletti fecerat, sed S. S. P. P. testimoniis confirmabo, nec non diversa vocabula communis linguæ subjiciam una cum asteriſco, ut si Plebejus ex uno non percipiat ex altero sensum capere possit. Denique (quod vel maxime delectabit tum exteros, tum nostrates) loca parallela græca, quæ nunquam hucusque Græcia vidit, addam luculentiſſima: Non deero etiam præfationem, si quid ingenii mei est, quam acutiſſime præfigere. Jam vero hujusmodi editionem nemo est Bibliopolarum, qui in se suscipere nolit: quibus ita se habentibus, potestatem eligendi penes Magnificum Patronum relinquo, utrum præfationem, quæ an aliquid profutura sit, Deus novit (jam enim certo promittere non possum) an vero hanc novam editionem si prius paratus sum, sin posterius paratiſſimus. &c.

1712, Jan. 29, die Veneris. Y Pa-

Patet igitur ex iſtis non ſolum fides ac pietas mea erga Patronos, verum etiam quid in hac editione edendum, quidque omittendum fuerit, clariſſime conſtat. Literas hasce, ad manus ſuas non perveniſſe, minime perſuadeor! Sed cum forte viderit hoc absque ſummis impenſis ac laboribus fieri non poſſe, maluit forte rem ſilentio præterire, atque exemplaria hujus editionis hinc inde inter Europæos majori cum fructu diſtrahere, quam denuo in ſe tot ſuſcipere negotia. Hæc ſunt regia illa beneficia, ut nonnemo impudenter jactare auſus eſt, quibus affecti, ſcilicet, ſunt Græci. Proh Deum immortalem! Alii beneficiis largiſſimis fruuntur, nos miſeri Græci præter ſannas, convitia ac opprobria, hominum nihil habemus boni, & cum hæc omnia nemini non conſtet iniquiſſima eſſe, ne quidem hiſcere contra adverſarios noſtros licitum nobis eſt. Duo ſunt, (*) quæ nos occiderunt, & occiſos, ærumnis ſepeliverunt. Ex Oriente gladius impiorum, ab Occidenti lingua nonnullorum maligna. Deus immortalis, ῥύσαι ἡμᾶς ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων, ὅτινες ἤνοιξαν τὸ στόμα αὐτῶν κ. τ. λ.

(*) Ricautus Cap. I. pag. 23. de Stat. Græc. Eccleſ. J'ajouter ayà cela, dit il, que le Turc n' eſt pas le ſeul qui les opprime &c. i. e. Adde, inquit, Græcos non ſolis Turcis opprimi, &c.

δικαίᾳ. ὧν οἱ υἱοὶ αὐτῶν ὡς νεόφυτα ἐδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν, αἱ θυγατέρες αὐτῶν τεκαλλωπισμέναι καὶ πεπικεκοσμημέναι, ὡς ἰμοίαμα ναοῦ. ἐμακάρισαν τὸν λαὸν, ᾧ ταῦτα ἐστι, μακάριος ὁ λαὸς, ᾧ κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ. Non tam grave vulnus gladii, quam acerrimum eſt vulnus linguæ! Prius corpus lædit, exiguam partem hominis, imo alienam. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, at linguæ vulnus viſcera penetrat hominis, totumque & corpus & animam devorat. Gladius & vitam & ærumnas ſimul ac ſemel è medio tollit, at delatorum lingua, vitam morte longè formidabiliorem reddit. Imo vero, quoties in memoriam revocantur calumniæ, toties occidunt innocentem, & totam ejus vitam nonniſi miſeram efficiunt. Vel quis non potius ſexcenties exoptaret mori, quam ſi Tithoni vel Mathuſalæ annumeraret annos, non liceret adverſariorum reſpondere calumniis? Non tam crudelis eſt aſpis, quam horribilis eſt lingua maligna: illa enim unum alterumve occidit hominem, lingua vero, unico verbo, integras evertere gentes poteſt. Tu Pater cœleſtis! da hiſce quoq; miſeriis ſolamen, & lachrymarum finem! ἀπόσκεψον ἐξ ὑψους καὶ ἴδε τὸν ἄμπελον τοῦτον καὶ κατάρτισον αὐτὸν, ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου. Ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν

μὸν αὐτῆς, καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες ὁ παραπορευόμενοι τὴν ὁδὸν; ἐλυμήναντο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὰς ἄγρι⊙ κατενεμήσατο αὐτὴν. Quænam lingua ſummum mœrorem exprimere poteſt, quo ferme enecatus ſum, cum perciperem, Sereniſſimam Reginam SOPHIAM LOVISIAM, Dominam noſtram & Fautricem clementiſſimam tot ſumtos absque ullo gentis meæ emolumento profudiſſe! Culpam ſane hujus, maxima ex parte, Don Liberio Coletti tribuendam arbitror, qui ſpem fidemque optimi Viri Prof. Franckii, turpiſſimi lucri cauſa, ita defraudaverat, ut non iniquâ cauſâ, Vir ſupra laudatus, maximo cum animi mœrore, coram me, conqueſtus fuerit; Sed admodum ſero, cujus ille commatis fuerit percepit. Anaſtaſium quod attinet, quem Excellentiſſimus Prof. Franckius, in præfatione vulgaris editionis ſuæ, laudat, certo ſcio eum Seraphimi editionem, Londinenſem, non ea intentione Halæ correctiorem reliquiſſe, ut denuo videlicet prelo ſubjiciatur. Nam ſi hoc antea comperiſſet, aut diſſuaſiſſet, ut ſolet eſſe ingenuus, aut alia plane ſuppeditaſſet conſilia, ac ingens illa pecunia, quæ absque ullo Græcorum emolumento, profuſa fuit, & melius forte collocata fuiſſet, & Græci non ignoraſſent hoc Regium beneficium. Ignorantia unius alteriusve Scripturæ loci, ne-

que

que doctos, neque rudes Græcos facit, at si haberent locum aptum, ubi ſtudia ſua commode magis magisque excolere poſſint, illud Græcis & maxime proficuum foret, & grata mente agnoſcerent.

Hoc ſi quis principum impoſterum fecerit, *totum tulit punctum*; Quamdiu autem ſtipendia pro incolis, ac non pro peregrinis dicuntur eſſe, nunquam quicquam boni Græcis præſtabunt. Et ſane mirum eſt: Si enim incolarum juvenes qui in ſinu quaſi parentum vivunt, opus habent ſtipendiis, quid de iis dicendum venit, qui tam procul à patria vivere neceſſum habent? Incolis præter amictum aliaque neceſſaria, etiam integræ bibliothecæ à parentibus præſto ſunt, quæ omnia peregrinis Græcis, expertus loquor, pecuniâ emenda ſunt. Danaidum inſtar, aquam haurit cribro, qui vult ſtudere ſine libro. Aperta quidem Europa Græcorum prolibus eſt, ut nonnemo in manuſcripto collegio de Statu Eccleſiæ Græcæ tradidit, at mihi perſuadere non poteſt, etiam crumenas ejusdem apertas eſſe. Fruſtra igitur ſocordiæ apud eundem vapulant innocentes Græci; Sed ſurdo narro fabulam. Nam proxime forte etiam prelo has nænias ſubjiciet. Id etiam ignorare non debent docti: Quod etiamſi non ſolum Europa, verum etiam omnes ejus theſauri Græcis aperirentur, nunquam tamen eorum ju-

venes ad ſe tracturi ſint, niſi prius & Clericum ipſis, & Doctorem Græcum adjungere velint. Cum enim anima corpore longe pretioſior ſit, primum quoque animæ providendum, deinceps corpori. Cum autem ſecus hæc omnia ſe habeant, neſcio, quî jure merito ſocordiam Græcis imputare poſſent. Conſilium vel ab infimis, ut doctiſſimo videtur Saavedræ, petere non turpitudini ducitur; Quamobrem miror, Virum excellentiſſimum D. Profeſſ. Franckium, antequam opus aggrederetur, cum ſciret Anaſtaſium Amſtelodami tum temporis verſari, ad eum non ſcripſiſſe, neque conſilium ab illo petiiſſe, cujus ingenii calliditatem non ignorabat, conſiliumque forte ſuppeditaſſet haud ſpernendum. Equidem cur ad ipſum non ſcripſerit, non ignoro, quandam ob μνησικακίαν, ſed quia res ad perſonalia devenit, facile hujus generis enarrationes ſilentio præterire poſſumus. Hoc tamen certum eſt, Anaſtaſium noſtrum, ob nominis ſui in præfatione hujus Novi Teſtamenti editionis mentionem, (α) maxime

(α) Verba Excell. Profeſſ. ſunt hæcce: Quamobrem exemplar illud, à Dom. Anaſtaſio correctum, fundamenti loco adſumptum, & ut emendarior & accuratior daretur metaphraſis, etiam Calliopolitæ, ſtudioſe collata eſt, &c. Ex quibus clariſſimè patet, unicum Anaſtaſium hujus editionis autorem eſſe. In quantum autem periculum incautè bonus Anaſtaſius ex iſtis verbis conjectus ſit, ipſe videat, ego ſane nollem, ne quidem pro Cræſi divitiis, hujus metaphraſeos auctor eſſe.

time offensum esse, ut ex ejusdem literis percepi, neque apologiam facile omissurum. Nam Græci non magis hujusmodi vulgares editiones, quam harum editores & correctores odio prosequuntur. Nam hos putant, ut & revera est, non correctores esse, sed corruptores Græcæ linguæ. Quamobrem si quid etiam in hac editione invenietur, quod Græcis displicebit, non minus Anastasius, innocentissimus & de Ecclesia sua bene meritus, excommunicationem incurrere potest, quam olim Seraphimus eam promeruit. Sed de hisce mea nihil refert, Anastasius videat, quid sibi respondendum sit; Nos autem in sequente, ac ultimo capite, quid denique Don Liberius Colletti in hacce Halensi editione præstiterit, leviter examinabimus.

CAPUT XIX.

In quo σημειώματα, sive Annotationes nonnullæ Don Liberii Colletti in editione Halensi refutantur.

QUÀ, Don Liberio Colletti occasione Venetiis Halam advolaverit, & sub quibus conditionibus, non solum ex epistola secunda Viri summe reverendi, quam superiori

capiti inſeruimus, verum etiam ex ejusdem Viri celeberrimi præfatione in Novum Teſtamentum vulgaris editionis, clariſſime conſtat. Illud autem unicum hic maxime miratus ſum; Quo pacto nempe, Vir clariſſimus, hoc nomine ſe decipi paſſus eſt, cum in aprico ſit, Italico-Hiſpanicum eſſe, ut illud ſonat, *Don Quichotti*.

Non verò minus ridiculum videtur, dum præponens ſimul hoc nomen, ſe Græcum Athenienſem vocat, hocce titulo: Φιλοπόνημα τῦ λιβερίε Ἱερέως & κολέτη, ἐξ Ἀθηνῶν πόλεως. Et in calendario, quod ex editione novi Teſtamenti Græc. in parvo folio, Venetiis huc tranſtulit ſuumque fecit, ita jactatur: Φιλοπόνημα λιβερίε Ἱερέως & κολέτη ἀθηναίε. En tibi, Græcum ſcilicet, qui ne quidem nomen ſuum ſcribere novit. Nam non ſolum Latiniſmum, verum etiam Barbariſmum in hiſce duabus lineis commiſit: & Barbariſmum quidem, cum ex nomine regulari irregulare facit. Nam cum, τῦ κολέτυ, ut μεσηλέτυ, vel σφελέτυ, ſcribere debuerat, is τῦ κολέτη ponit, cum omnia non contracta in (ης) genitivum habeant in (υ) Præterea, cum ſcribere deberet: Φιλοπόνημα λιβερίε Ἱερέως κολέτυ (vel Ἱεροκολέτυ, melius,) τῦ ἐξ Ἀθηνῶν πόλεως, vel, τῦ ἀθηναίε. (ut ſupra Cap. XV. in notula quadam ſequens dedimus exemplum: Φιλοπόνημα Μιχαὴλ Ἱερέως μήτρυ, & ἐξ Ἰωαννίνων, &c.) Is ar-

is articulum more Europæorum peſſime confundens, ἀλλὰ τῆ λιβερίᾳ Ἱερέως τῆ Κολότη ἐξ Ἀθηνῶν, &c. Forte Ariſtophanis illud: τῆ σώματος δὲ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον, imitari voluit. Neque minus in ſequentibus articuli locum ignoravit bonus Colletti, dum ſcribit: φιλοπόνημα λιβερίᾳ ἱερέως τῆ Κολέτη Ἀθηναίᾳ, cum ita poni debuiſſet: λιβερίᾳ ἱερομολέτᾳ τῆ Ἀθηναίᾳ. Siquidem omiſiſſet Epitheton Ἀθηναίᾳ, recte ante Κολέτη poſitus fuiſſet articulus. Nam, ut plurimum adjectivum poſt ſubſtantivum poſitum, articulum ſuum non amittit, ut ſupra in orthodox. Homol. Capit. XIV. exemplum dedimus, quod ita ſonat: ὁ ἄνθρωπος ὁ χριστιανὸς ὁ ὀρθόδοξος, &c. Imò quandoquè plane articulus omittitur, ita: Ἀχιλλέως πατὴρ, Ἀλεξάνδρεως, ita etiam Suidas: Ἀχιλεὺς πάππος, Ἀλεξανδρεὺς, ὁ γεγίλας, &c. ad participium demum adjectus articulus. Poterat igitur plane omiſſo articulo ita concinnare: φιλοπόνημα ἱερομολέτη Ἀθηναίᾳ; Aſt cum linguam Græcam aſcititiam non vero naturâ quaſi, ingenitam habuerit, fieri non potuit, quin in craſſiſſimos errores incideret.

Quis etenim Græcorum modernorum tam barbarus eſt, qui ita contra naturam in diſponendis articulis, cæco impingeret caſu? At exteri, qui ex grammaticis præceptis hanc lin-

guam discunt, vix & ne vix quidem hujusmodi errores evitare possunt. Georg Pasor, vir eruditissimus, haud leviter Græca lingua tinctus, in præfatione Lexici sui, ita initium facit: ἰησᾶς ὁ χειστός, quod si Græcus Rusticus hoc proferre debuisset ipsam naturam secutus, ita protulisset: ὁ χύειος ἡμῶν ἰησᾶς χειστὸς: vel ὁ ἰησᾶς χειστὸς, &c. ut nihil de (α) Henrico Stephano, nihil de (β) Hieronymo Wolfio Oetingensi, dicam; prætereo etiam (γ) Budæum, qui cum nimium atticismos affectet, sæpenumero graviter peccat, quod nisi angustia paginæ obstitisset pluribus demonstratum iviſſem. Constat igitur Collectum nostrum non solum in Italia & natum & educatum fuisse, verum nec limites quidem Græciæ, nedum Athenas vidisse. Omnia Græcæ linguæ Ars Grammatica docet, at dispositionem articulorum ac particularum ipsa natura Græcis suppeditat. Nec facile Græcus Eruditus inhujusmodi rebus notissimis errare potest; at peregrinum, ut fuit Don Liberio Colletti, minutissima hæcce arguunt. Colletem autem in Græcâ linguâ peregrinum fuisse, etiam sequens historia arguet.

Cum etenim circa finem anni MDCCXI, Halæ versarer, ut supra dixi, eodem quoque tempo-

(α) Vid. ejus Rudiment. Fidei Christian. Græc. & Lat.
(β) Vid. ejus argumenta in Isocratis oration.
(γ) Vid. ejus Epistol. Græc.

tempore Sacerdos Græcus è Walachia, ubi diu ſtudiis operam dederat, nomine Chryſanthemus, cujus etiam ſupra mentionem fecimus, accedebat quoeum cum ſæpe Sermones lingua vulgari miſcerem, Dominus Wilh. Richardus John. Med. Cand. cujus collatam in Græcam linguam induſtriam, vir ſumme Reverendus Profeſſ. Franckius, in præfatione, quam ſæpe laudavimus, celebrat, præ gaudio ſe continere non potuit, quin ſequentem pronuntiaret ſententiam: *Mei Domini*, inquit, *Sermonem veſtrum, in hac lingua totum percipio, at Collettii aſſequi nunquam ſane potui.* procul dubio eâ Collettes linguâ uſus eſt, quâ Italorum Nautæ, quâque nihil magis corruptum audivi, ut jamjam ſupra demonſtravimus. Hac ipſa linguâ etiam is uſus eſt, qui Bellarmini Catechiſmum (cujus ſupra mentionem fecimus) ex Italico idiomate in Græcum tranſtulit, at non eadem Metrus Sacerdos Johanneſis, de interpretatione ſcripturarum uſus eſt, ſed tali, quæ Catechiſmi linguæ planè è diametro opponitur. Neque in communem linguam textus Sacrarum ſcripturarum, quos in teſtimonium adduxit, tranſtulit, ut ſtolidus Catechiſmi translator facit, ſed eos in ſua permiſit lingua, ut & Orthodoxa Homologia fecit. Jam vero quamquam ex teſtimoniis, ſole meridiano clarioribus, hactenus productis, quam ignarus Græcæ linguæ Don Liberio Colletti fuerit, optime conſtet,

constet; tamen & sequentia, cum multum lucis afferre possint, non silentio prætereunda: In capite enim S. Matth. XII. v. 1. in priori editione exstat: ἀπὸ μέσου ἀπὸ τοῦς σπορείς, hoc Don Liberio Colletti novit quidem Græcis risui esse at cum corrigere vellet, magis ridiculum reddidit, ita: ἀνάμεσα ἀπὸ τὰ σπαρμένα (α) χωράφια. Nam σπορείς, & σπαρμένα χωράφια, unum idemque denotat, nempe agros, semine quidem imprægnatos, hauddum tamen germinantes, aut germine spicam gerentes. Quando autem germina spicam gerunt, tum σπέρματα & σιτάρια modernis vocantur Græcis idque non absurde. Nam σπόρμον, ut est in textu originali, triticum maturum, quod seminari potest, denotat, id quod idem est apud modernos σπέρμα & σιτάριον; σπορὰ autem id, quod, vel paulo post disseminabitur, vel quod paulo ante disseminatum est. Itaque errorem errore bonus Colletti corrigere conatus est. Poterat forte ita interpretari: ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ἐπορεύετο, (vel ἐδιάβαινεν) ὁ ἰησοῦς ἐν τοῖς ἡμέραις τῶν σαββάτων διὰ μέσου τῶν σπερμάτων, καὶ ἐπειδὴ οἱ μαθηταί τε ἐπείνασαν, ἔτριβον τὰ ἀσταχυα καὶ ἔτρωγον (vel & ἔτρωγαν) τὸν φλάψον. Nam triticum illud, quod manus contritis spicis comedere solemus, quod

(α) Lege: χωράφια, à χῶρος & φύω, ita Græci moderni doctiores.

quod hodieque apud omnes gentes orientales maxime in usu est, apud modernos Græcos φλάψος nuncupatur, ab antiquo verbo φλάω *voro*, futur, φλάσω, & corrupte φλάψω, unde φλάψος vide Aristoph. Plut. vers. 693. Capite XVI. v. 22. prior textus ὀνειδίζῃ habuit, quod Colletti corrigens interpretatus est ἐλεγχῃ, ignoravit sine dubio, quod ὀνειδίζειν, exprobrare, vitio vertere, ἐλέγχειν autem rem quampiam clam factam patefacere, denotet. Sed uterque errat. ἐπιτιμῶ enim, quod in originali textu est, quandoque quidem ὀνειδίζω denotat, at hic non idem, sed μέμφομαι, vel, ἐγκαλῶ, non minus vero ὀρκίζω, per quod melius forte exprimeretur textus. Capite XXI. v. 12. κολλυβιστὰς calliopolita Turcico usus nomine σαράφιδων interpretatus est, Colletti ejecto hoc Turcico, Italicum substituit ita: ἐκεινῶν ὁποῦ μεταλλασαν τὰ ἄσπρα, ἤγουν τουρνέσια. Ecquis quæso Græcorum in continente habitans quid τορνέσια sint intelligit, nisi prius Italicum noscat *tornese*? quod neque commune est, sed certæ monetæ proprium nomen, utrumque igitur inter Epirotas Græcos ignoratur, nisi inter illos, qui Turcicam aut Italicam linguam callent. Illi autem, qui neutram harum intelligunt, primo quidem intuitu hæsitabunt, at ex textu originali edocti, quod Collybistæ apud Calliopolitam σαράφιδες, apud Collotti vero τορνεσιάριδες, vocentur, risum

sane

ſane tenere haudquaquam poterunt, ita utrumq; iis æque ridiculum videbitur. ita etiam Lucæ. XIX. v. 23. εἰς ἐκεῖνος, inquit, ὁ τοῦ περνᾶ με διάφορον τὸ τορνέσια, pro εἰς τὰς τακογλύφας. Capitis XXII. v. 44. Perbelle Calliopolita interpretatus eſt ita: εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου καθ. (ſimpliciter magis καθίσου) ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ὅπου νὰ θέσω (magis ſimpliciter ἕως ἔ νὰ βάλω) τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶνός. Colletti vero, tam miſere interpretatur, ut nauſeam Lectori commoveat, ſic: εἶπεν ὁ αὐθέντης μου (ἤγουν ὁ ἄναρχος πατὴρ) τοῦ αὐθεντός μου (ἤγουν τοῦ υἱοῦ του ἔ ιησοῦ χριστοῦ) κάθου εἰς τὰ δεξιά μου, ἕως νὰ βάλλω τοὺς ἐχθρούς σου ὑποκάτω εἰς τὰ ποδάρια σου. Primum male poſitum eſt αὐθέντης, pro κύριος. Plebs enim Græcorum epirotarum hoc epitheton hominibus tantum tribuere ſolet. Nam αὐθέντης idem denotat, quod αὐτόχειρ, quod abſque ſcandalo Chriſto tribui nequit. Cur igitur non Calliopolitam ſecutus eſt κύριος dicens? Nam nemo ſane Græcorum eſt, qui precatiunculam hancce ignorat: κύριε ιησοῦ χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς, ἀμήν, & κύριε ἐλέησόν με τὸν ἁμαρτωλόν, ut bene (α) Luhnius notavit. Quam vero moleſtum ſonat auribus τὸ, ἕως νὰ, nemo credit, niſi qui probe hanc linguam callet, quam

ſi

(α) Vid. Diſſentat. de Monte Athos. §. 81.

si Collecti non ignoraret, ita forte παραφράσαι poterat: εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου (τουτέστιν, ὁ ἄναρχος πατὴρ τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ υἱῷ, τῷ κυρίῳ ἡμῶν ἰησοῦ χριστῷ) κάθισον ἐκ δεξιῶν μου ἕως οὗ νὰ καταστήσω τοὺς ἐχθρούς σου καταπάτημα τῶν ποδῶνσου. Nam καταπάτημα apud modernos Græcos, rem vilem, & quæ pedibus calcatur, denotat; nec tamen novum est. Nam apud Basilium Magnum me, πάτημα τὸ καταπεπατημένον legisse memini, jam autem non amplius succurrit in quanam oratione habeatur. Cap. VI. v. 40. S. Marc. textus Calliopolitanus est: καὶ ἐκάθισαν πρασίαις πρασίαις ἀλλοῦ ἀπὸ ἑκατὸν, ἀλλοῦ ἀπὸ πενῆντα, quem Don Liberio Colletti, mira verborum circuitione explicare conatur, ita: καὶ ὁ λαὸς ἐκάθησεν εἰς σχῆμα σφαιροειδὲς κύκλους, κύκλους. καὶ κάθε κύκλος ἦτον ἄλλος ἀπὸ ἑκατὸν ἀνθρώπους καὶ ἄλλος ἀπὸ πενῆντα. Hæc sane superant captum plebis σχῆμα σφαιροειδὲς, & κύκλος, ex libris Euclidis petita. Si versum 39. hujus inspiceret prius facile ita interpretari poterat: καὶ ἐκάθισαν οἱ ἄνθρωποι διάφορα τραπέζια, ἀλλαχοῦ ἑκατὸν καὶ ἀλλαχοῦ πεντήκοντα. Mira sanè est ignorantia horum interpretum! Illa quæ mutanda populoque clariora reddenda sunt, utcunque relinquunt, illa vero, quæ omni-

omnibus nota sunt corrumpunt, ut est hic πενῆντα, ne ad alia infinita recurram, quasi vero non infimo rustico Græco notum esset, quid πεντήκοντα denotet.

Denique cur Don Liberio Colletti, ἐκάθησαν penultimam cum (η) & non (ι) scribit, ut Calliopolitæ editio habet? Thema enim tum commune, tum antiquum καθίζω & καθίζομαι, est. Ignoravit absq; dubio Homeri illum versiculum: ἦσο ξεῖνε, ὑμεῖς δὲ καὶ ἄλλοθι δήομεν ἕδρην, ex quo magnam esse differentiam τοῦ, ἐκάθισαν, & ἐκάθησαν, percipimus. Prius enim illos denotat, qui cum starent, sederunt postea, alterum cum (η) illos, qui cum surgere velint, jussi sunt quiescere neque surgere è pristino loco. Poterat omnino in hujusmodi historiis, facile interpretationis supersedere negotio. Historicam enim fidem de prodigiis vitaque Christi & Apostolorum, etiam absque ulla metaphrasi, plebs Græcorum habet, sin autem hâc metaphrasi sensum Spiritus Sancti altioris indaginis explanare conantur; næ videant ne nimium insipidi videantur. Hujus enim generis sensus, doctis pariter ac indoctis, sine aliis subsidiis, ignoratur. Vel unde quæso tot Theologiæ discrimina oriuntur? Unde tot dubia theologorum? Innumeris aliis relictis, quæ hic adduci possunt, unicum saltem, quæ etiam vel doctissimos fefellit, impræsentiarum adducam; Est vero illa Germanica metaphrasis priori ad Corinthios

thios capite III. ℣. 15. quæ ita ſonat: Wird aber jemands Werck verbrennen / ſo wird er deſt Schaden leiden / er ſelbſt aber wird ſeelig werden / ſo doch als durchs Feuer: Hæc ſane interpretatio τῦ ſeelig werden / videri cuipiam poteſt ſavere purgatorio. Nam expreſſe exſtat nos quaſi per ignem beatos futuros. Idem interpretatio Gallicana vult: *Mais celui, dont l' ouvrage ſera brûlé, en ſuffrira de pert; il ne laiſſera pas neſantmoins d' être vauvé, quoiqu' en paſſant par le feu.* Non melius Anglicana editio; Ita enim ſonat: *If any mans Work ſchall beburnt, be ſchall ſuffer loſs, but be himſelf ſchall be ſav'd; yet ſo, as by fire.* Ex iſtis interpretationibus, illi, qui nimium prædeſtinationi abſolutæ tribuunt, contra omnem ſanam rationem negant, hic S. Paulum de igne aliquo materiali aut æterno loqui, ignem vero hic voluiſſe, ajunt, afflictiones hujus vitæ; Alii ex hoc unico textu, non ſolum omnes gentes, verum ipſiſſimum diabolum per hunc ignem ſalvatum iri oſtendere conantur. Barlaamus autem ſchiſmati ſuo inhærens, ut nonnemo loquitur, ita hunc textum interpretatur, dicens: τὸ γὰρ σωθῆναι, καὶ σώζεσθαι, καὶ ἡ σωτηρία ἁπλῶς ἄλλο οὐδὲν ἄλλο σημαίνει τοῖς ἕλλησιν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἑρμηνείᾳ γλώττῃ, ἢ τὸ διαμένειν καὶ εἶναι. τὴν δὲ αὐτὴν ἡ τῦ ἀποστολικῦ ῥητῦ δηλοῖ

ἔνοια. ἐπειδὴ γὰρ φύσις μὲν πυρὸς ἀπολῦναι, οἱ δὲ αἰωνίῳ κατέχονται δίκῃ οὐκ ἀπολοῦνται, ἢ γὰρ οὐδ' αἰωνίως κατείχοντο. μένουσί, φασι, ὄντες τε καὶ σωζόμενοι, κἂν τῷ πυρὶ κατακαίονται. Et alibi; ἀλλὰ καὶ αὐτὴ, ait, ἡ λέξις τοῦ ζημιωθήσεσθαι, ὧν τὰ ἔργα ἐυάναπτα, οὐδὲν ἄλλο, ἢ τοὺς αἰωνίως κολαζομένους δηλοῖ καὶ τοὺς ζημιουμένους τὴν τοῦ Θείου φωτὸς μετουσίαν καὶ τὴν αἰγλὴν τοῦ δοκιμάσαντος. Ex quibus patet, non solum metaphrasin Germanicam, Gallicanam, Anglicanam ac alias, quæcunque existunt, verum & hanc vulgarem Græcam κατὰ πόδα τῆς λέξεως esse factam. Nam ita sonat: καὶ ὅ, τινος τὸ ἔργον κατακαεῖ, θέλει ζημιωθῇ, καὶ αὐτὸς θέλει σωθῇ ἀμὴ τέτοιας λογῆς, ὡσὰν διαμέσου τοῦ πυρός. Quæ textum æque obscurum, imo magis ad alium sensum inclinantem, quam clariorem metaphrasis fecit.

Quid igitur Græcorum plebi hæc metaphrasis utilitatis attulit, dum obscura loca originalis textus, æque & in metaphrasi obscura manent? Metaphrasis enim aut ab una lingua plane ignota ad alteram notissimam, aut ab obscuro sensu ad clariorem facienda est; quæ voces tantummodo inspicit, illasque à puritate ad impuritatem redigit, nullatenus sensum obscuriorem clariorem reddere po-

re potest, id quod præsentes metaphrases Græcas condemnat. Vel unde controversiarum farrago: de *Prædestinatione*, de *sacra Eucharistia in utraque specie*; de ἀζύμοις & ἐνζύμοις; de primatu summi pontificis; de ordine ecclesiastico; de *bonis Operibus*; de *Fide*; de *Confessione*; de *Statu animarum post hanc vitam*; de *Processione Spiritus S.* de *Transsubstantiatione*; de *Clericorum matrimoniis*; Ut taceam jam quæstiunculas curiosas magis quam utiles, de Costa Adami, de arbore vitæ, de immolatione filiæ Jephtæ, aliasque infinitas, ex hujusmodi obscuris sacræ scripturæ locis ortas? Quæ cum non liceat in metaphrasi ambagibus adhibitis verborum clariora vertere, parum omnino, ne dicam nihil, utilitatis Græcorum plebi hæc metaphrasis ferre potest. Si τὰ ψυχοφελῆ saltem dicas, ut nos supra, illa etiam ex originali textu plebem habere posse, pluribus demonstravimus. Vel quis me non perversorem sacræ scripturæ existimaret, si textum supra citatum ita interpretatus essem: οὗτινος τὸ ἔργον κατακαεῖ ζημίαν θέλει πάθῃ, αὐτὸς δὲ αἰωνίως εἰς τὸ πῦρ φυλαχθήσεται. i. e. *Cujuscunque opus combustum fuerit, is damnum patietur, & ipse perpetuo in igne servabitur.* Ita Barlaam interpretandum hunc textum existimat. Nam διὰ præpositio aliquando etiam in præpositio-

nem denotat, & ὡς triginta quatuor habet significationes. Ex quibus sequeretur, & Germanicam & Gallicam & Anglicanam editionem longe à vero aberrare sensu. Sed è diverticulo ad semitam. Capite XI. ℣. 10. Marci, recte Calliopolita metaphrasin superfluam existimans, originalem textum substituit, at bonus Colletti nullibi ineptior cum metaphrasi sua, quam in hoc versu, ita enim interpretatur: εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρός μα Δαβίδ, ἡ ὁποῖα ἔρχεται εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου (mirum, quod non αὐθέντου, ut supra, posuerit) διαφύλαττε τὴν (ἐσὺ ὁποῦ κατοικᾶς) εἰς τοὺς ὑψηλοὺς τόπους. Mirum sane in modum τὸ, ὡσαννὰ, torquet, atque ita obscuravit, ut ne doctus quidem Græcus, nedum plebejus eum intelligere queat; Nam ita latine sonat: *Benedictum regnum patris nostri David, quod venit in nomine Domini* (hactenus sat benè) *custodi hoc (tu qui habitas) in altis locis.* Jam quis quæso percipiet parenthesin hanc quorsum tendat? Nam nescio, an is, qui habitat in altis locis, an vero is, qui habitat tantummodo, jubeatur regnum Davidis in altis locis custodire? Quod si prius, superflua sunt signa parentheseos, sin vero posterius: Absurdissima est illa additio: (tu, qui habitas) vel quænam editio τὸ ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, ita unquam, uti Don Liberio Colletti, interpretata est? Equidem & Latinam metaphra-

phrasin, & Bohemicam, Germanicam, Anglicanam, Gallicanam, Italicam, aliasque plures inspexi, ast nullibi hanc Colletti interpretationem inveni. Gallicana quidem editio à Mons An. MDCLXVII. πλησιεστέρ quidem nonnihil, at non convenit cum interpretatione Colletti. Ita enim Gallicus textus sonat: *Beni Soit le regne de notre pere David, que nous voyons arriver: Hosanna, salut, & gloire au plus haut des cieux*; At non minus culpandus est, quam Colletti. Nam non solum illa, quæ non sunt, addit, verum etiam omittit illa, quæ non sunt omittenda. Omisit enim τὸ, *au nom du Seigneur.* Ita enim deberet esse: *que nous voyons arriver au nom du Seigneur: Hosanna au plus haut lieux.* Maxima sane hujus editoris fuit temeritas, multa enim perversa habet. At non melior est Colletti: Nam Capite XII. ℣. 41. γαζοφυλάκιον vertit κιβ. Quid si Thessalus Græcus objiceret: τῆς μητρός τε τὸ κιβ? quod mihi sæpe factum, cum ex Hadrianopoli, ut supra diximus, Larissam reversus essem. κιβὸς enim Turcica est vox, denotat vero pyxidem, quæ apud modernos Græcos κιβώτια, & major κιβωτὸς, audit: Cur igitur non θησαυροφυλάκιον vertit, quod omnibus doctis ac indoctis notissimum est in Græcia: Nam Hebraicum: אוֹצָר, idem significat, quod θησαυρός. Deinde γαζοφυλάκιον sane non fuit pixis, ut vertit

Colletti, ſed τερατῶδον. Ex elephante igitur bonus Colletti, interpretatione ſua, muſcam facere conatur.

Ita etiam Lucæ capitis ſecundi verſum 14. corrumpit, ut Lector absque nauſea nunquam legere queat. Ecquis enim Græcorum, ſi hymnum illum Athanaſii Magni, de quo Thomas Smithius peculiarem ſcripſit diſſertationem, qui ita ſonat: δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. αἰνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, &c. hac Colletti interpretatione cantari audiret, cachinnum continere poteſt? Calliopolita ſane hic non eſt culpandus, quod Metaphraſin in præſenti verſu neglexerit, & utinam, in omnibus ſimili modo ſuam neglexiſſet metaphraſin! nihil enim verbo divino nocuiſſet. Si & Pſalterium ita Don Liberio Colleti interpretatus eſt, uti Novum Teſtamentum, moneo Virum ſumme reverendum Domin. Profeſſ. Franckium, ne prelo ſubjiciat, ne operam & oleum perdat. Quod ſi autem aliarum gentium Europæarum gratia id velit facere, æque ut cum Novo Teſtamento factum, lucro alieno nihil mea refert.

Aſt video me ingentem ſane laborem ſuſcepturum, ſi omnes Colletti errores accurate cenſere velim, quare ſepoſitis cæteris, unicum adhuc ſaltem hic adducam locum, qui

& Cph-

& Collectem cujus farinæ fuerit, facile probabit, & Græcis hanc editionem Halensem publice excommunicandi haud leviculam præbebit ansam.

Nota est intricatissima illa, de processione Spiritus S. ab utroque, quæstio, ad quam sententiam confirmandam, cum Græcorum adversarii multa scripturarum loca, non minus perverse, quam obscurè, adducere soleant, etiam illud huc detorquere conantur, Apostolum nempe, per verba illa I. ad Corinth. Cap. II. ℣. 16. ἡμεῖς νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. Spiritum Sanctum intelligere, atque ex hac suppositione (ut eorum more loquar) quæ definitur: *esse acceptionem nominis pro re significata*, sic contra Græcos insurgunt: Spiritus Sanctus dicitur mens Christi, atqui mens Christi non potest non à Christo procedere: ergo Spiritus Sanctus, qui est mens Christi, procedit à Christo. Quam vanus sit hic Syllogismus, penes illos judicandum relinquo, qui intimius *Logicam* perspexerunt, illamque *esse habitum intellectualem verum à falso distinguentem*, experientiâ edocti sunt, annon hic petitio principii demonstrari ipsis possit. Unde enim probare possunt, quod mens Christi sit ipsissima Spiritus Sancti ὑπόστασις? Nam νοῦς Christi nihil aliud esse solent Græci, quam doctrinam Christi, quæ non solum tribus personis communis est, verum etiam nostra, ut

inquit S. Paulus; ἡμεῖς νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. Patet vero deductione: nam Sequaces Aristotelis, νοῦς Aristotelis habere dicuntur, item Platonici, & si alia datur secta, sui Doctoris mentem habere dicitur. Deinde S. Paulus, quando νοῦς Christi dicit, mentem θεανθρώπου vult. Expresse enim in eodem textu, distinguit mentem Domini id est, Dei, & mentem Christi, i.e. θεανθρώπου. Nam cum ab initio diceret, τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; *quis novit mentem Domini?* illico adjungit: ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, i.e. *nos saltem mentem Christi habemus.* Mens vero Domini imperscrutabilis, ut idem S. Paulus ad Rom. XI. 33. & 34. ut taceam jam illa, quæ ex nostro tractatu, de processione Spiritûs S. dub. 74. ad 78. hic adduci poterant. Hæc omnia Calliopolita prævidens, textum originalem sequente modo transtulit: ἀμὴ ἐμεῖς ἔχομεν νοῦν Χριστοῦ. At Don Liberio Colletti Adversariorum accedens partibus, ita pervertit: ἤγουν, ἔχομεν πνεῦμα ἅγιον, ὁ τοῦ εἶναι τοῦ Χριστοῦ. i.e. *Spiritum S. qui est Christi.* Spiritum quidem Sanctum, esse Christi, nemo Græcorum unquam negare ausus est; at in præsenti textu νοῦς Christi, esse ipsum spiritum S. nemo illorum absque bile legere potest, nisi ita sit cæcus, ut videre non possit, quanta sit Colletti perversio. Unde enim deducit νοῦν Χριστοῦ esse ipsum Spiritum. Et si ita se res haberet,

beret, ſane Spiritus Sanctus, qui eſt νῦς χειςὸς, ut vult Colletti, inferior ſane quam νῦς κυρίε, qui in eodem textu opponitur menti Chriſti ab Apoſtolo, non quaſi alia eſſet mens Domini, & alia Chriſti, ſed quod mentem Dei, ut Dei, nemo ſane mortalium capere poſſit; quare optime Paulus ſupra jam citato loco: τίς ἔγνω νῦν κυρίε, ὃς συμβιβάσει αὐτὸν inquit! Nam revera, niſi homo factus, ut inquit S. Chryſoſtomus, quis unquam mortalium ipſum perciperet? Et ipſe Salvator Joh. III. 12. εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ ὐ πιςεύετε, πῶς, ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ὑπερώνια, πιςεύσετε; Illa enim quæ novimus, facile credimus, illis verò, quæ ignoramus, facile diffidimus. Igitur nos mentem Chriſti, i. e. θεανθρώπε habemus, inquit Paulus, Dei autem mentem, ut Dei, & quâ Dei, οὐδεὶς ἔγνω, id, quod neque ethnicus quidem Iſocrates in oratione adverſus Sophiſtas, ignoravit. Si enim nos mentem Dei, ut Dei haberemus, nihil impediret quin omnia Dei conſilia notiſſima ſint nobis; nunc vero nonniſi illa ſaltem novimus, quæ unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, expoſuit, Cætera autem, niſi caligo hujus vitæ ab oculis noſtris auferatur, nunquam percipere poſſumus, tunc vero πρόσωπον πρὸς πρόσωπον omnia videbimus. Patet igitur ex iſtis omnibus, νῦν χειςὸν ab Apoſtolo dictum non eſſe ipſum Spiritum S. ut vult perverſor

Don Liberio Colletti, sed Doctrinam θεανθρώπου, quæ communis est Patri (ut Christus inquit; αὐτός μοι ἐντολὴν δέδωκε, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω) at Spiritui Sancto, de quô idem Salvator mundi: ἐκ τοῦ ἐμοῦ, inquit, λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, eandem nempe doctrinam annunciabit vobis, qua de re plura in tractatu nostro de processione Spiritûs S. cum tempore videri poterunt.

Concludendum igitur ex istis omnibus restat; Græcis Modernis non esse vitio vertendum, quando, ob hujusmodi absurditates, quas ex omnibus tribus, in vulgari lingua factis, editionibus, hactenus in medium obiter saltem produximus, horum hominum metaphrases, procul ab Ecclesia sua ac Christiano cœtu removere solent. Ecquis enim Calliopolitæ anorthographiam, quæ sæpe in alium sensum textum detorquet, ut supra ostendimus, utpote Scripturis indignam, non è medio removeret? Quis ejus voces ac integras phrases Italicas ac Turcicas, ut sunt κουτὶ, πουγγὶ, σαράφιδες &c. non derideret? Quis autem à Lacunis Seraphimi, & integrorum versuum defectu non abhorreret? ut nihil de ejus præfatione dicam. Halensem autem editionem ne γρὺ quidem, quoad metaphrasin (excipio orthographiam) ab editione Calliopolitana differre, imo explicatione Colletti deterio-

deteriorem factam, ut abundantissime supra ostendimus, quis non videt? Fefellit igitur opinio illos, qui Græcos ob harum rejectionem superstitiosos, rudes, ac Barbaros vocant. Revera si Græci ita rudes ac Barbari essent, uti ineptuli nonnulli eos fingunt, nimia præsumptione eruditionis suæ occæcati quasi, maxima cum admiratione has accepissent editiones, ac ex istis, earumque lectione, non solum in detestandum chaos barbariei devenirent Græci, verum etiam *vera* & *orthodoxa* eorum *Religio*, quam (α) Thomas Smithius, Anglicanæ Reformationis Minister ac Defensor acerrimus, pluribus ostendit, infinitis Schismatibus ac Hæresibus proscinderetur. Haud ignorant Græcorum Præsules quid Græcæ Ecclesiæ proficuum, quidque nocumento sit, & diu jam inter illos, Novum saltem T. cum Interpretatione Theophylacti Bulgariæ Episcopi, ac S. Chrysostomi, Bucoresti ut edatur, consultatum fuit, at nescio, injuriane temporis an ob defectum sumtuum volumen hocce quovis pretio dignissimum, hactenus Constantinopoli, in Patriarchali Ecclesia reservetur. Hujusmodi editiones ac Regia Dona Græcis mitti deberent (si nempe hisce nimia eorum cura, ut dicunt, est) quod si & hæc recusarent tunc demum rudes, Barbari, ingrati, & quidquid in contumeliam

(α) Vid. ejus libr. sæpe citat. de Ecclesiæ Græc. statu pag. 132, 133, usque ad pag. 138.

liam eorum inveniri poſſit, juremerito eos vocare liceret. Quamdiu autem talia ipſis obtrudere conantur, quæ puram illorum fidem magis pervertunt ac lumen ejus obſcurant, quam quicquam boni præſtant, nihil prorſus efficient, niſi velint eorum animas magis magisque exacerbare, quo majori odio ipſos in poſterum proſequantur; quæ omnia multo magis vigilantiam, quâ Eccleſiam ſuam tuentur, quam pigritiam eorundem aut ſocordiam, arguent. Operæ quidem pretium foret, ut etiam de vita Halæ peracta, & fide Don Liberio Colletti quædam hic inſereremus, verum cum hæc non ſolum Viro toties ſupra laudato D. Profeſſori Franckio, tam nota, quam quæ notiſſima ſint, ſed cum etiam Sereniſſimis Principibus Domino PLATONI & Fratri ejus Dn. APOLLINI, MUSENPUSKY, Dominis meis Clementiſſimis optime de vafro Colletti ingenio conſtet, facile ea ſilentio præterire poſſum. Veritas non multis indiget teſtimoniis, præſertim quando Sacellum ſupra Laudatorum Principum Halæ ſculptis imaginibus à Don Liberio Colletti repletum, reclamante Sereniſſimo Principe, utpote quod contra morem Græcæ Eccleſiæ erat, clamet cujus farinæ Colletti fuerit. Sæpe ab eodem Principe monitus fuit Genu coram altari ne flectat, alioquin ſe eum & ex convictu & ex domo ejecturum; at bonus Colletti inveteratum morem ægre dediſcebat

quare,

quare, si uno die id neglexerit, altero vix eodem abstinere poterat. Relinquo jam alia hujus generis quam plurima, quæ ibi, magna cum admiratione Serenissimorum Principum, egit, illisque modernis Græcis tribuit. Quorsum vero relicta Hala devenerit, nemo profecto Halensium, imo neque ipse Vir Excellentissimus Prof. Franckius, quantum scio, dicere potest, at, ni rasa barba Castra secutus fuit, dispeream! Hujusmodi commatis & hic Athenicusis, scilicet, fuit. Nonnulli Nebulones non aliam ob causam Græcum induunt Nomen quam ut majorem benevolentiam atque honorem exterorum adipiscantur: ast Simia manet Simia, etiamsi aurea gestet insignia. Hi sunt, qui bonorum virorum aures corrumpunt, ita suis mendaciis Jugum Turcicum exaggerantes, ut pures Græcos modernos in pistrinum quoddam ad mortem usque torquendos detrusos esse. Unde fit, ut hi quidem misericordiam ac munificentiam hominum experiantur, veris autem Græcis dum veritatem absque fuco proponunt, non facile credatur, id quod, experientia ante biennium & quod excurrit me edocuit abunde. Virum quendam cum finistre admodum de statu Græcæ Ecclesiæ sentiret monebam, ne omnibus illis, quæ vel legerit, vel audiverit de Græcia, ita facile fidem habeat Vir prudentissimus, ac multis exemplis hanc suam malam præsumptionem esse potius,

quam

quam veram de Græcis opinionem, docebam? at illis virum ita exacerbatum sensi, ut modo non palam diceret: Surge, Domine, i te perditum, noli hisce nugis præconceptam meam de Græcis opinionem disturbare. Quid plura? lachrymas vix dum sequentia addo continere possum, me cum nemini unquam aut gravem aut molestum fuisse recorder, ab hoc ipso viro, cujus lares vix ter salutaveram, & mendicabulum appellatum & Græcæ linguæ ita ignarum, ut ne legere quidem possim ita videns noluit videre, quarum Calumniarum cum multis testimoniis evincere contrarium possim; verum cum, dum me ex hujusmodi calumniis expurgare conor, non possum non summis laudibus ἀυτέπαινον meam extollere, abstineo imprætentiarum, omnia Deum T. O. M. relinquens judicio. De ignorantia mea in Græcam linguam cujus me accusavit, nihil dico: si quis enim Grammaticam nostram Græcam Norimbergæ an. 1712. editam, ejusque præfationem legere velit, facile Vir calumnias percipiet. Sed ita præconcepta falsitatis opinio non permittit mentem altius se elevare, non veritatem disquirere, sed saltem præsentem ac manus porrigentem amplecti.

Ut autem hæc omnia, quæ diximus magis magisque suo lumine corruscare possint, unicum adhuc coronidis loco hic addam, è quo facile, non solum nimia de se suaque pietate & erudi-

eruditione præsumptio, verum & de Græcis Græcaque Ecclesia quam male nonnulli quamque inique sentiant, ac optime constabit: est vero illud, Epistola à Viro eruditissimo quodam mihi jam in Germania degenti, cujus tamen nomen modestia nostra publicare non patitur, An. MDCCVI. 3. die Sept. è Londino Halam missa, quæ ita sonat.

Amicissime Domine Helladi.

» Gaudeo sanè, quod præsenti rerum tua-
» rum statu te tam contentum esse ex literis
» tuis perceperim. Certè si τὸν καιρὸν τῆς
» ἐπισκοπῆς, qui tibi jam illucescit & ad opus
» Domini gerendum invitat dignè agnoveris,
» non potes non dilaudare ductum Divinæ Pro-
» videntiæ, qui te ut πρόβατον πλανώμενον
» quærit, & ad Christum sequendum exhorta-
» tur. Non te latere potest quam crassis igno-
» rantiæ tenebris Patria tua involuta sit, &
» quam irriti hactenus conatus illorum fuerint,
» qui eo allaborarunt, ut in Græciam vestram
» aliqua veritatis lux iterum spargatur. Quod
» ut magnum gravissimorum Judiciorum, quæ
» terram vestram premunt, indicium est, ita
» tibi omnibus omnino conterraneis tuis in-
» cumbit, indefessis precibus Divinam implo-
» rare gratiam, ut tandem aliquando pulsa te-
» nebrarum nocte veræ vivæque χριστογνωσίας
» radios

" radios uberioremque veræ Theologiæ lucem " vobis largiatur. Tumetipſe omnes animi tui " vires eo intendas, omniaque quæ tibi ſup- " petunt media in hoc unice uniceque conferas, " ut pectus tuum Spiritûs S. evadat templum, " quô in ipſe docere, & ea quæ extrinſecus ex " eruditâ & piâ Doctorum Halenſium conver- " ſatione hauris, vivâ experientiâ in ſuccum " tuum, quod dicitur, & ſanguinem converte- " re poſſis, ut aliquando ex bono cordis The- " ſauro, bona expromere aliis illis inſervire " queas. De cætero mitto tibi Manuductionem " ad lectionem Scripturæ Dn. Profeſſ. Fran- " ckii, quam hic adjectâ præfatione de impe- " dimentis ſtudii Theologici recudendam cu- " ravi &c.

Equidem non poſſum non infinitas huic Viro non ſolum ob egregium Donum, verum etiam propter egregias admonitiones perſolvere grates, verum non procul à peccato in Spiritum Sanctum abeſt & in ipſam veritatem, inpingit, quum Græciam prorſus tenebris oppreſſam, nullam *veram Theologiam*, nullam *vivam* χειροτονωσιαν habere ſomniatur, totam autem Chriſtianam pietatem Halâ, & Reverendiſſimorum Theologorum Halenſium diſciplinâ circumſcribit. Propheta Elias ignoravit tot millia hominum, qui genu coram Baal non flexerunt, hic non ut Propheta, ſed, ut novus Cato de cœlo delapſus, vel ipſiſſimus

Deus

Deus, illos mihi enumerat, quorum conatus in veritatis Lucem denuò in Græciam ſpargendam collati, irriti fuerint. Si quæras quinam ſint illi, quorum conatus irriti fuerint? Deum teſtor, non alios tibi indicaturum quam Calliopolitam & Seraphimum, forte addas Cyrillum quoque, qui novi T. tam miſeras editiones πῖξ χὴ λάξ in Græcam Eccleſiam introducere conati ſunt, de quibus, cum fuſius ſupra egerimus, non eſt opus ut ea hic denuo repetamus, id tamen L. B. cõmendo, ut illas pagellas quas jamjam in hoc capite à Thoma Smithio citavimus, adeat, ac inveniet ibi non ſolum veram Theologiam Græcos hactenus absque inquinatione ſervaſſe, verum & pro veritate Evangelica non minora pati ſupplicia, quam tres pueri in Babyloñica fornace, ut cætera teſtimonia, quæ paſſim in hoc noſtro tractatu produximus, impræſentiarum ſicco præteream pede. Bonæ quidem ſunt ejus admonitiones & donum non ſpernendum, at viſus eſt mihi altera manu blande caput meum fricare atque blanditiis delectare, altera vero genis alapam infligere, ut Gregorius Nazianz. inquit. Neque mirum eſt. Nam cum me πέδαπον πλανώμενον vocat, videtur ne quidem nomine Chriſtiano me dignari. πέδαπα enim πλανώμενα dicebantur illi, qui ante Chriſtum vixêre, vel qui nunc ejusdem Baptiſma recuſant, at illi qui Baptiſmati initiati ac per hoc in Man-

dram Boni Pastoris, qui animæ suæ pro suis ovibus non pepercit, recepti sunt, quo pacto πρόβατα πλανώμενα dici possunt, nullo modo, ut hic Mysticus Theologus, somniari possum. Equidem omnes illos qui Baptismate sacro initiati sunt, atque singulas oves in Mandram Domini esse receptas, absque ullo veræ Theologiæ dispendio, audacter affirmare possum (S. Paulo teste usus, qui: ὅσοι εἰς χριστὸν ἐβαπτίσθητε, inquit, χριστὸν ἐνεδύσασθε) verum non esse omnes pingues, neque omnes fertiles, sed dari inter illas & scabiosas, claudicantes, ac cæcutientes, quandoque etiam λυκόβρατα, non sane tanquam desertæ & πεπλανημέναι ὄιες, & quasi carerent Pastore, alioqui, jam Græci, vel Mohamedanam, vel aliam amplexi essent religionem, sed è medio caulæ, à lupo quodam surreptæ, quod nisi exempla odiosa forent, non ænigmaticè, sed palam, quæ jam dixi, declaram. Sin vero per τὸ πλανώμενον πρόβατον, me relicta Orientali Ecclesia sine pastore hinc inde aberrare, vult, increpationem non recuso, at vereor ne hoc ipso Græcam Ecclesiam in Cælum usque extollere videatur, illamque verum Christi ovile per antithesin ostendat. Patet igitur ex istis omnibus, quam cæco nonnulli mentis lapsu, quamque detestanda ambitione & Philautiâ correpti, nec non de se præsumptione, Deo hominibusque abominanda, corrupti, de Græca Ecclesia soleant judicare,

qui

qua de re, cum infinita haberem quæ hic enarrare possem atque omnes, quicunque hactenus de statu Græcæ Ecclesiæ nonnihil scripsere, censendi sint, ostendendique quid in illis omnibus verum, quid falsum, quidque utile atque inutile, ac quo animo & fine, quibus denique præjudiciis præoccupati calamum quandoque contra omnem fidem & veritatem movere temere cœperint, hic tamen filum disrumpo, ac operi huic colophonem inpono, Lectorem Benevolum humillime rogans, velit non solum, si quid contra Christianam Philosophiam ac modestiam commissum fuerit, imbecillitati humanæ adscribere, verum & si quid obsurum inveniet, injuriæ temporis tribuere & meliora patienter expectare. Crucem etenim, quam dudum promisimus, διὰ τὸν φόβον τῶν ἰουδαίων integram impræsentiarum suppressimus, cum multas in alias inciderimus cruces, si more σφιγγὸς loqui liceat, quibus iniquissimis indies crucifigimur, & quarum mutato nomine non reticebo fabulam, ἀμεραὶ δ' ἐπιλοίποι μάρτυρες σοφώτατοι. Quamobrem si Lector Oedipus est sat habet, quo mentem meam percipere possit, sin vero Davus, patienter, inquam expectet; in postetum enim apertius dicam, nulla prorsus verborum circuitione usurus.

FINIS.

Controverſiæ nonnullæ, quibus *Author Eccleſiæ Orientalis* Adverſariis ſatisfacere conatur.

Controverſio prima.

De mentione Animarum, quam Græci in Liturgiis ſuis faciunt.

STatus controverſiæ ſequens eſt: Græci in ſuis Liturgiis non ſolum pro vivis, totoque orbe Chriſtiano ad Deum preces fundunt, verum etiam pro defunctis orant, ſperantes. Deum ſummum miſericordem has illorum pro fratribus oblatas preces, non reprobaturum. Nihil enim neque contra fidem Chriſtianam neque contra aliquod mandatum Domini per has preces peccatur, Imo per has ipſas preces ſummam pietatem & amorem erga proximum oſtendere certum eſt. Nam abſentis amici ac fratris in Chriſto meminiſſe, haud leve Chriſtianæ caritatis indicium eſt. Aſt hoc Hæterodoxi Græcis vitio

vel-

vertunt, non quia res in ſe mala eſt, ſed quia illis ita placuit, à quorum argumentis hic referendis ac refellendis, ob pagellarum anguſtiam abſtinebo hac vice; Id tamen certum eſt, hanc opinionem non eſſe modernorum Græcorum inventum, ut nonnulli exiſtimant; Sed antiquiſſimam & ſanctorum hominum inſtitutionem. Paſſim enim apud Patres inveniuntur exempla; quod ſi illi nihil ἄνωθεν & per traditionem primævæ Eccleſiæ haberent; Hujusmodi res in Eccleſiam introducere haudquaquam auſi fuiſſent. Vel quænam illos hujusmodi introducendi coegerit neceſſitas? Si dicant: ſubdole à ſequioribus in illorum ſcriptis inſertum eſſe, videant ne nimis vana uti videantur ratione. Nam præterquam quod antiquiſſimæ harum opinionum membranæ exſtent, neſcio cur ſequiores tale quid addere vellent, cum nulla ad XV. & ultra ſeculum, hujusmodi exorta fuerit hæreſis. Vereor etiam ne hos ipſos additores, ut ita loquar, prophetas nobis adverſarii oſtendant, dum negant Patrum has eſſe ſententias. Nam ſine dubio providerunt fore nonnullos in poſterioribus temporibus, qui hujusmodi non ſint admiſſuri, ut inquit Apoſtolus: ἔσονται ἐν ἐσχάτοις καιροῖς. &c.

Ex quibus clare patet, ex illis, quos inquinatores appellitant, facere Prophetas & Apoſtolos. Oſtendere enim nullo modo

poſſunt, hæc tempore *Lutheri* aut *Calvini* Græcis in Patrum ſcriptis eſſe addita. Si igitur addiderint, quando nullum hac de re palam erat dubium, neceſſum eſt illos prophetico ſpiritu motos, hæcce addidiſſe. Deinde: Mira ſane res eſt, quod nullus inventus ſit, qui cum hæc in Eccleſiis introducerentur, reſtitit. Igitur aut ipſis Patribus hæ & hujusmodi opiniones acceptæ referendæ ſunt, aut ſi poſterioribus, hos quoque ſanctos fuiſſe credere debemus. Quod ſi dicant: Eſto patribus referri has opiniones, nos tamen, quia in Scripturis Sacris nihil tale habemus, (modo & hoc verum eſſet) ideo reprobamus. Aſt hoc ipſo rurſum vereor, ne ab antiqua illa Eccleſia (quæ ſecundum Heineccium ad Seculum usque V. genuina fuit Apoſtolorum filia) hac ipſa reſponſione excludere ſe videantur: illius enim faciem in Patrum ſcriptis habemus; Quod ſi hos rejecerint, unde, amabo! illam cognoſcere, & cognitam amplecti poſſunt? Procul dubio, alios Viros θεοπνεύστους ἀμέσους & à Deo inſpiratos nobis oſtendere debent, qui illam antiquam Eccleſiam aſſeclis ſuis revelârunt, quod profecto tum ſacris ſcripturis, tum ſanæ rationi repugnat. Quod ſi dicant, id quod cottidie objiciunt, SS. Patres homines fuiſſe, qui & falli & fallere poterant: Eſto! ambabus enim concedo manibus. Verum enim vero, optimo

me nôrunt ii qui recta atque præjudiciis expurgata utuntur ratione; à poſſe ad eſſe non valere conſequentiam; Quod vellem, ut non ita in rigore me dixiſſe exiſtiment adverſarii; Nulla enim regula ſine exceptione. Denique merito ab adverſariis poſtulare poſſumus, quod quum integras SS. Patrum orationes explodunt, illasque ſuppoſititias exiſtimant, non etiam ipſimet fallunt ac falluntur opinione ſua. Pudet me ſane ad hanc quæſtionem horum adferre reſponſa atque refellere. Ad normam Scripturæ ſacræ accomodare ſe ajunt, adeoque vix & ne vix quidem in erroneum ſenſum labi poſſe, quaſi vero Scripturæ ſacræ ad cujusque voluntatem torqueri non poſſent. Oſtendant igitur ſe in ſcripturis ſacris explicandis eſſe infallibiles, quod ſi hoc, quid quæſo impedit, quin & Patres, qui Apoſtolis magis propinqui fuerunt, infallibiles dicamus, in explanando verbum divinum? Nam quidquid orthodoxiæ habemus, illis acceptum referimus. An vero non illi ex tot hæreticorum veſaniis, non ferro, neque igne, ut hæretici faciebant, ſed verbum divinum proponendo, totum expurgârunt mundum Chriſtianum? Quod ſi magnis in rebus haud errâſſe viſi ſunt, nefas eſt dicere, in minimis lapſos illos eſſe.

Horum Patrum veſtigia ſequuti Græci, defunctis in Domino orationibus ac ardentiſ-

simis in Deum precibus, magnum solamen, non exclusis meritis Jesu Christi Domini & Salvatoris nostri, afferre credunt. Sanctus enim Athanasius ad Quæstiones Antiochi ita respondit. Ἐιμή τινος ἐυεργεσίας (αἱ ψυχαὶ) μετεῖχον ἐκ τούτου, οὐκ ἂν ἐν τῇ προσκομιδῇ ἐμνημονεύοντο. i. e. *Nisi (animæ) aliquid beneficii ex istis sentirent, nunquam in oblatione earum fieret mentio.*

Multi olim fallaciarum modi apud Sophistas fuêre, quibus simpliciores captabant; apud modernos unicus regnat, NEGATIO illorum, quæ ad palatum horum non sunt. Negant hanc sententiam, imo vero omnes illas ad Antiochum quæstiones pernegant esse Athanasii; At quorsum S. Chrysostomi verba reponunt, qui in explicandâ epistola S. Pauli ad Philippis. οὐκ εἰκῇ, inquit, ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γίνεσθαι τῶν ἀπελθόντων, κ. τ. λ. i. e. *Non frustra* NB. *ab Apostolis mandatum fuit, in sacrosanctis & tremendis mysteriis illorum mentionem facere, qui ab hac vita discesserunt, &c.* Revocent quæso Basilei Magni orationem pro defunctis, & Theophylacti verba (ut infinitos alios taceam) in Caput XII. S. Lucæ ℣. 5. quæ ita sonant: ὅρα γὰρ ὅτι οὐκ εἶπε, τὸν μὴ τὸ

ἀπο-

ἐπικτᾶναι βάλλοντα εἰς τὴν γέενναν ἀλλ' ἐξουσίαν ἔχοντα βαλεῖν, ὁ γὰρ πάντως οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀποθνήσκοντες, βάλλονται εἰς τ γέενναν, ἀλλ' ἐν τῇ ἐξουσίᾳ κεῖται τοῦτο τεθεῖ, ὥστε καὶ συγχωρεῖν. τοῦτο δὲ λέγω, διὰ τὰς ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις γενομένας προσφορὰς καὶ τὰ δεήσεις. i. e. *vide non dixit illum timete, qui poſtquam occidit in Gehennam protrudit, ſed, qui poteſtatem in eam* (peccatores) *protrudendi habet. Non enim omnino illi, qui in peccato moriuntur, in Gehennam projiciuntur; ſed in poteſtate Dei quandoque iis condonare, dico autem propter oblatas preces pro iis, qui ab hac vita diſceſſerunt*, &c. quæ inde huc tranſcribere angustia cum temporis tum pagellarum nos prohibet. Ex quibus omnibus patet clariſſime, modernos Græcos non eſſe harum rerum inventores, ſed patres, quos nullus dubito Apoſtolis κατὰ διαδοχὴν acceptum referre, ut ſupra S. Chryſoſtomum loquentem audivimus. Et hæc de ſtatu hujus controverſiæ impræſentiarum dixiſſe ſat eſt.

Controverſia Secunda.

Utrum Græci moderni bonis ſuis operibus tantum tribuant, quantum Fecbtius & Heineccius, opinantur?

CLariſſimus Heineccius in tantum devenit audaciæ, ut præter alia, quæ contra mo-

dernos Græcos illorumque Eccleſiam, temere effutit, (α) etiam dicat officium mediatorium Salvatoris noſtri minus recte à Græcis modernis explicari, ſuisque operibus totum ſalutis humani generis tribuere. Eandem Joh. Fechtius (β) crambem bis coctam repetit. Sed pace tantorum Virorum dixero, graviſſime ſane errant, dum ubique Græcorum modernorum pietatem denigrare conantur. Sed ſane uti ſol nullo modo è ſordibus, quibus radium immittit, inquinari poteſt, ita & modernorum Græcorum ſimplicitas fidei ab horum calumniis minime denigrari poteſt. Nam præter alia, quæ ſupra è Fehlavii ſcriptis adduximus, probavimusque Græcos modernos parum operibus ſuis tribuere, etiam *Edwin Sandis*, quem jam ſæpe laudavimus, teſtis αὐτόπτης ita de Græcis eorumque operibus loquitur: "Et, quand' aux fondement "doctrinaux des indulgences, qui ſont l' abondance de merites, & ſatisfactions de quelques un, autre la meſure de lieur neceſſité "pour gaigner paradis &c. Les Grecs ſont "tan elognés d' aſſigner aux merites des hommes en valeur, & vertu, tant ineſtimable, "qu' à l' oppoſit. i. e. (γ) *Quod ad fundamentum*

(α) Vid. Libr. de Statu Græc Eccl. Part. II. Cap. IV. p. 145.
(β) Vid Cap. ejus XII. & XV.
(γ) Vid. eundem Sand. in Relat. de Stat. Relig. Cap. XLII. pag. m. 401. & ſ.

tua doctrinale indulgentiarum & meritorum pro ſatisfactione peccatorum & ad Paradiſum lucrandum attinet, Græci tantum abſunt, à meritis humanis aliquid tribuendo, ut plane e diametro huic ſententiæ opponantur.

Sed hunc, utpote Reformatum facillimè Fechtius atque Heineccius in dubium vocare poſſunt; at ſi ex modernorum Græcorum ſcriptis probavero, omnino ceſſabunt impoſterum in Græcos Græcamque Eccleſiam debacchari. Gabriel enim Seberus ita de operibus ſentit: (a) λέγομεν, ὅτι μήτε πάπας μήτε ἄλλος ἄνθρωπος, ἢ ἄλλο κτίσμα θεῖ ἔχει τὴν ἐξουσίαν ταύτην νὰ ἐλευθερώσῃ ψυχὰς ἀπὸ τὸν ἅδη, ἀμὴ εἷς καὶ μόνος Ἰησοῦς ὁ Χριστός, &c. Si hoc non ſat clare demonſtrat, quantum meritis Chriſti Græci tribuant, feram aliud argumentum irrefragabile, ex *Maximo* Peloponneſenſi, quem ſupra in tractatu noſtro, e Patriarcha Jeruſolymitano, Doſitheo editum diximus, quod ita ſonat: τί πὲ πολλά; ἐμεπίλαβον τὸ ἄχραντα μυστήρια, ἔμεινεν ὁ κύριος ἐν αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ εἰς τὸν κύριον. τοῦτ' ἔστιν ἕνωσιν ἕνα μὲ τὸν κύριον, καὶ ἐλυτρώθησαν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τους μὲ τὸ λύτρον ἐκεῖνο, ὁποῦ ἔμεινεν ἀφ' τοὺς πολλούς. i. e. *Quid multis opus? ſuſceperunt immaculata myſte-*

(a) Vid. Tractatul. ejus de purgat. p. m. 47.

mysteria manfit Dominus in illis & illi in Domino, h. e. uniti sunt cum Domino, ac liberati sunt à peccatis suis pretio redemtionis, quod pro omnibus est factum. Et paulo infra multo clarius ita: εἶναι γὰρ ἄλλον, ἂν δοθῇ ὅτι τὰ Ἰδικά μας ἔργα, μας ἐλευθερώνουσιν ἀπὸ τὴν κόλασιν τὴν αἰώνιον, πίπτομεν εἰς τὴν Φαρισαϊκὴν καύχησιν, καὶ παθαίνομεν, τὰ ὅσα λέγει τὸ Ἱερὸν εὐαγγέλιον, πῶς ἔπιθεν ὁ Φαρισαῖος. χαριτι μόνον σωζόμεθα, καὶ με ὅλαμας τὰ ἔργα. διότι ἀφ' ὧν τὰ κάμομεν ὅλα, ἀχρεῖοι δοῦλοι ἐσμὲν, μὲ τὸ νὰ κάμομεν ἐκεῖνο, ὁπῶ ἐχρεωστάσαμεν, ὄχι τί πὶτε δικαιοσύνης. διότι ἄλλη μας ἠδικαιοσύνη, εἶναι ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης. μόνον λοιπὸν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μᾶς λυτρώνει, ὡς λύτρον, τὸ ὁποῖον πίνοντες ἐμοῦ μὲ τὸ σῶμα οἱ μετανοοῦντες γνησίως, εὐθὺς ἐνώνεται τὸν κύριον τὸν σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν, &c. i. e. Praeterea accidit, quod si concedamus opera nostra nos a poena liberare, labamur sane in phariſaicam ſuperbiam, & periclitemur eadem audire, quae ſacra ſcriptura de Phariſaeo dixit. Gratiâ ſolâ tantummodo ſalvamur & nos & opera noſtra, quoniam quicquid facimus, non aliter atque ſervi inutiles facimus, id enim facimus, quod debemus, quod ad juſtificationem noſtram non pertinet. Quoniam tota noſtra juſtitia, panniculo eſt ſimilis, quo menſes mulierum abſter-

abſterguntur. Solus igitur Sanguis Jeſu Chriſti utpote ſummum Redemtionis pretium, eſt quo nos ſalvamur, quem ſanguine una cum corpore, quicunque fidelium ſuſceperit atque veram egerit pœnitentiam, illico cum Domino & Salvatore noſtro unitur.

Jam ex iſtis omnibus etiam me tacente, facile L. B. quam iniquo calamo contra innocentes Græcos hi homines inſurrexerint, colligere poteſt. Non puduit ſane nonnullos alta clamare voce, Græcos non ſolum gloriam detrahere meritis Chriſti, verum etiam in nomine Beatæ Virginis ſacram Euchariſtiam fidelibus comminiſtrare. Ita Fechtius Cap. VII. §. 7. pag. 46. de Statu Religionis Græcorum, quarum calumniarum Deum relinquo vindicem. Non minus vero erravit §. 8. ejuſdem Capitis, dum dicit: Græcos æternam felicitatem operibus adſcribere ſuis. Videtur mihi φιλολογώτατος Fechtius Fehlavii non legiſſe paginam 335. & celeberrimum Wolf. Gundling. pag. 95. neque Metrophanis Confeſſionem, ut in præſentia taceam illuſtrem *Petrum* ejusque piam de fraternitate monachorum Græcorum deſcriptionem & à Tertulliano ibidem demonſtrationem, ſi enim hæc legiſſet, forte non ita iniquo calamo monachos noſtros deſcribere conatus fuiſſet. Neque moniales ſpreviſſet, ſi Ricauti piiſſimam de iis deſcriptionem legiſſet. De operibus vero ſuis

suis quidnam Græci moderni sentiant, non solum ex supra adductis exemplis patet, verum eadem inveniet L. B. apud Sebastum Trapezuntium, jam supra sæpe laudatum, in Tractatu de sacra Eucharistia, & de immaculata conceptione Virginis. Non vero minus in TOMO AGAPES doctissimi Patriarchæ Dositthei.

Controversia Tertia.

De Eucharistia & ejusdem mutatione.

THomas Smithius male sane distinguit τὰ ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ, (α) imo perperam confundit τὰ καλῶς apud antiquos διῃρημένα, à sacra Eucharistia post consecrationem, huncque suum crassissimum errorem, ex verbis Gregorii Nazianzeni Orat. 11. in Sororem Gorgoniam; quæ verba ita sonant, comprobare conatur: τῷ παρ' ἑαυτοῖς φαρμάκῳ τούτῳ τὸ σῶμα πᾶν ἐπαλείφουσα, καὶ εἴπου τί τῶν ἀντιτύπων τοῦ τιμίου σώματος καὶ

(α) Vid. ejus Libr. de Stat. Gr. Eccl. p. m. 99. sqq.

καὶ αἵματος ἡ χεὶρ ἐθησαύρισεν, τοῦτο καταμιγνῦσα τοῖς δάκρυσιν, ὦ τοῦ θαύματος ἀπῆλθεν εὐθὺς αἰσθομένη τῆς σωτηρίας; Ex hisce verbis Oll. Smithius, putat Gorgoniam corpore & sanguine Jesu Christi corpus suum inunxisse, quæ blasphemia simul atque summum absurditatis apud omnes ferme sanioris doctrinæ Christianos crimen incurrit. Ad hunc igitur ejus errorem corrigendum sequentia notanda sunt. τὰ ἅγια δῶρα καὶ τὰ ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ, esse panem ac vinum destinatum ad consecrationem nondum consecratum, benedictum tamen utpote in altari προσκομιδεῖς jamjam oblata & ad usum consecrationis per benedictionem destinata. Ex istis ἀντιτύποις fit προσκομιδὴ (α) quæ etiam μερίδα dicitur i. e. particulæ nonnullæ panis τοῦ ἀντιτύπου τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ, & offeruntur pro nonnullis sanctis, sive in memoriam illorum, ut bene (β) Ricautus notavit, qui ab hac via pie discesserunt. Ex istis particulis nondum consecratis, sed solummodo benedictis, una charta involuta, Episcopo, l. Patriarchæ, si præsentes adsunt, reservatur, qui finitis sacris, illi una cum altero pane benedicto quod ἀντίδωρον vocatur, quodque residuum exem-

(α) Vid. Smith. p. 99. ubi confundit κομιδὴν cum donis.

(β) Vid. Cap. IX. p. 199.

exemptis particulis ad conſecrandum manſit, offertur in diſco argenteo, ut egregie magnificus FUHRERUS obſervavit Epiſcopus autem revoluta charta, in qua ἀντίδωρα illius panis particula involuta fuerat, illam ore ſumit atque ſimul manducat! Ceterum quod ἀντίδωρον diximus populo diſtribuit, Clericus autem ex iſtis particulis ἀντίδωρα, quas ſupra diximus, nonnullas ſervare ſolet, & præſertim feria quinta ſeptimana ante paſcha. Hunc panem ἀντίδωρον græci perſuaſiſſimum habent ad omnes morbos efficaciſſimum eſſe, quod S. Gregorio Nazianzeno ut ſupra vidimus, acceptum referunt, non ut de la Croix errans ἀντίδωρον illud eſſe exiſtimat. Hunc corporis ἀντίδωρον in infantum mitris conſuunt, hunc peregrinantes ſecum ubique ferunt, quo & nos non deſtituimur hunc caſu neceſſitatis, ſi ſacra Euchariſtia deſtituuntur, non ut verum corpus & ſanguinem Jeſu Chriſti; nam neque conſecratus eſt, niſi quandoque ad majorem valorem guttulam etiam vini nondum conſecrati ei inſtillatur, aſſumunt, non alter atque utpote ἀντίδωρα ſed ἁγιασμένα, corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti plena ſint gratia. Hiſce corpus ſuum inunxit Gorgonia Sancta, S. Gregorii ſoror, non vero corpore & ſanguine Jeſu Chriſti ut ait Smithius.

Abſit irreverentia hæc, quam Smithius errore craſſo errans Gorgoniæ adſcribit, ab omni pio Chriſtiano! Hic panis apud modernos Græ-

cos

cos, ὁ μέγας ἄρτος, τὸ μέγα ὕψωμα ἢ μεγάλης πέμπτης audit, aliorum vero dierum hujusmodi panis ὕψωμα ſimpliciter vocatur. Hunc Clericus, ſi quis eum rogaverit, in chartâ involutum poſt conſecrationem tradit. Errant etiam illi, qui ἀντίδωρον hunc panem eſſe putant. Nam ἀντίδωρον illico edimus, ſi jejuni ſimus, ſin vero minus in alteram diem reſervamus, ac ſummo mane ſtomacho jejuno comedimus; quandoque etiam ancillis, quæ ob negotia domeſtica & ægrotis quibus ob imbecillitatem corporis templum petere non licet, afferimus, quod neque ἀντίτυπος dicitur neque ὕψωμα. An autem ipſiſſimum corpus & ſanguinem Jeſu Chriſti peregre proficiſcentibus ſecum ferendum tradant moderni Græci nec ne, non ſatis conſtat. Nam neque ego, neque Franciſcus Proſalentes Diaconus Corcyrenſis, dum haſce regiones petere inſtituimus, à Reverendiſſimo Metropolita Hadrianopolitano, quamvis ſummis precibus eum flectere conati ſimus, ullo modo obtinere potuimus. Idem Debrecini in Hungaria Paphnutius Monachus Græcus, qui tum temporis ibi Græcorum mercatorum ephemerus erat, abnegavit nobis non minus Reverendus Gabriel idem Sacerdos Græcorum Viennæ An. 1702. adhuc in vivis, ni fallor, vir alioquin caſtimoniæ & pietatis ſtudioſiſſimus, deriſit nimis infantilem petitionem noſtram.

Illud vero maxime miror hujus Smithii, quod cum Græcis μεταβολὴ τῶν ἀντιτύπων concedat, negat ex altera parte μετουσίωσιν, & Gabrielem Seberum, Virum eruditiſſimum, quem hujus vocis primum inventorem exiſtimat, neſcio quibus non ſannis ac convitiis excipit, quaſi vero μεταβολὴ non æquivaleat μετουσιώσει, ſi hanc ſaltem non ſuperat; Nam quid aliud eſt μεταβολὴ, niſi totalis transmutatio ab uno ad alterum, ut cum aqua in vinum μετέβαλεν in nuptiis Canæ Galilææ. Sanè aquam illam in vinum μετουσίωται vel μετέβαλεν ſi dixero unum idemque nam ὕδωρ aquæ in vinum κυρίως μετέβαλεται vel μετουσίωται. Neſcio igitur, quænam differentia eſt τῆς μεταβολῆς & μετουσιώσεως; Quare orthodoxata Græca Eccleſia contra Cyrillum, qui negabat aliquam μεταβολὴν aut μετουσίωσιν in ἀνίτυπον poſt benedictionem dare ſenſit.

Græci etenim moderni de ſacroſancta Euchariſtia non aliter ſentiunt, atque Juſtinus Martyr in Apologia ſua tradidit, dicens: ὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, ὐδ' ὡς κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλὰ ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν. οὕτω καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαρι-

χαριστήσιον τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνης σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι.

Hanc Justini confessionem Grabius Oxonii misere torquere conatus est, at frustra, cum hoc relicto tum ex Irenæo, tum ex aliis Patribus sexcenta hic argumenta producere possimus, quæ in eodem cum Justini Martyris accuratissime conveniunt. Sed cum pagellarum angustia nos fusos hic esse non patiatur, Lectorem Benevolum ad librum Gabrielis Seberi de Azymis nec non Maximi Peloponnesensis de eadem materia tractatulum ab Anglo Jenkino Thomasio Altdorffi Anno præterlapso editum mittimus.

Controversia Quarta.

De Imaginibus atque Invocatione Sanctorum.

DE Imaginibus atque Invocatione Sanctorum videant orthodoxam homologiam Lipsiæ jamjam Græce & Latinè

editam, aliosque quos paſſim ſupra in Tractatu noſtro citavimus, auctores, præſertim vero Edwinum de Sandis (α) ex quibus facile Lector Benevolus percipere poteſt, quam modeſte & de hiſce Græci moderni ſentiant. Illi autem, qui nos ἀγιολάτρας vocant (β) graviſſimè errant. Nos enim Græci ἕνα Θεὸν ἐν τριάδι καὶ τριάδα ἐν μονάδι ſolummodo λατρεύομεν Sanctos vero utpote Dei fideles amicos honore proſequimur non aliter atque fidelem amicum atque patronum hiſce in terris ſumma pietate amoreque ſincero ſequimur. & faxit Deus Ter Optimus Maximus ut nunquam ad deteriorem opinionem degeneremus, ſed veſtigia Sanctorum maximo deſiderio ſequamur.

Con-

(α) Vid. pag. 406. & 407.
(β) Vid. A. E. L.

Controverſia Quinta.

De Limitibus extremi Judicii.

ACcuſatur Græca Eccleſia, quaſi extremi Judicii limites poſuerit, cum Actor. Cap. I. ℣. 7. expreſſe extet: οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους, ἢ καιρούς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. Aſt male admodum ex unius Doctoris Græci ſententia, tota damnatur Eccleſia Græca. Quod ſi ita ab unius alteriusve ſingularis hominis opinione totam Eccleſiam damnare liceret, ecquæ, quæſo illa Eccleſia eſſet; quæ ab hujusmodi damnatione immunis foret. Uti enim una hirundo, quod dicitur, non facit ver, ita ab unius Doctoris opinione non eſt tota Eccleſia damnanda, niſi ille primarius ſit, & tota Eccleſia in ejus errorem lapſa fuerit. Privati enim hominis ſententia nunquam lex univerſalis eſſe poteſt, præſertim cum illa, tum divinæ tum humanæ rationi opponitur.

Hæc igitur opinio, de qua Græca Eccleſia accuſatur, nunquam ſane apud Græcos modernos pro vera ac infallibili habita fuit, alioquin nunquam à Græco impune refutari

poterat. Cum tamen Sebastus Trapezuntius, in libro, cujus titulum supra Cap. II. pag. 17. in tractatn nostro integrum descripsimus, futilem hanc sententiam ostendat, dicens: (α) ἀκόμι καὶ ὁ λογαριασμὸς τῶν ἑπτὰ αἰώνων δεν ἔχει τόσην ἰσχύν. διότι φαίνεται πῶς χρεικᾶ αἰῶνας τὰς χιλίαδας τῶν χρόνων, ἐπειδὴ λέγει, ἀνταλλασσόμενος τὸν κύκλον τῶν ἑπτὰ ἐτῶν τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς, τοὺς ἑπτὰ ἀντεισήγαγεν ἀνῶνας. ὡσὰν ὁποῦ εἰς τοὺς ἰδικούς μας καιροὺς, κατὰ τὴν ἀληδινὴν χρονολογίαν ἐπέρασαν ἡ ἑπτὰ χιλιάδες τῶν χρόνων, καὶ ἔχομεν καὶ διακοσίους χρόνους ἀπὸ τὴν ὀγδοήν χιλιάδα, ἡ παρουσα τῆς ζωὴ ἑβδοματικὸς αἰὼν λέγεται, οὐ διὰ τὰς ἑπτὰ χιλιάδας τῶν γρόνων, ἀλλὰ διὰ τὴν ἑπταήμερον κυκλοφορίαν. ἐπειδὴ οὐχ ἡμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους καὶ καιροὺς, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, κατὰ τὴν κυριακὴν ἐκείνην φωνὴν. i. e. *Præterea neque septem millia annorum computus ullam habet rationem: Quoniam videtur per septem secula septem annorum intelligere millia. Dicit enim: permutans septem dies, quibus in Paradiso (Adamus) versatus fuerat, septem introduxit secula. At nostro hoc tempore secundum veram Chronologiam, præter septem annorum millia, etiam ducenti præter-*

(α) Vid, p. 20. si ad manus pervenerit.

præterlapſi ſunt anni. Præſens tamen vita ſeptenarium ſeculum dicitur, non propter ſeptem annorum millia, ſed propter ſeptem dierum Cyclophoriam. Nam non eſt noſtrum ſcire annos & tempora, quos Pater ſuæ poteſtati tribuit ſolum, ut divinum inquit oraculum. &c. & pagina 19. multo fuſior in hanc ſententiam refutando.

Controverſia Sexta.

De Proceſſione Spiritus Sancti ejusque Divinitate. Epiſtola ad Doctorem quendam Theologia An. Dom. MDCCXII. data.

SI Reverendiſſimam Tuam Perſonam haud notam perſpectamque haberem, & humanitatis ac doctrinæ ſplendor, qui tanquam ἔλαθεν ἀψοφητὶ gratioſe ab ipſo procedit, me plane latuiſſet, Vir Magnifice, uſus fortaſſe excuſationis quadam venia, tum demum rem ipſam, de qua nuper nobis ſermo erat, aggreſſus fuiſſem. Verum enim v. Cum mo-

mentaneus ille tecum nuperrime diſcurſus ita candidum pectus, animumque Tuum familiarem mihi reddiderit, ut omnes tuas virtutes, quaſi in ſpeculo mihi videre videar, relictis ambagibus ambitionumque circumſtantiis, rem ipſam pauciſſimis ac nudiſſimis declarabo; idque ideo faciam, ut & Tuis petitis καθόλου ſatisfaciam & promiſſis meis ſtare videar, ne de me quoque id prædicari poſſit, ἑλληνικῇ πίστει ſcilicet.

Erat itaque, ut recte memini, inter nos quæſtio talis. Utrum Spiritus Sanctus à Patre Filioque procedat; Quam cum Summus Vir, affirmaret, negabam ipſe contra. idque non absque rationum maximo pondere. Nam ſane neſcio profecto, quænam illa legitima conſequentia in SS. LL. eſt quæ illud Salvatoris noſtri Joh. 15. V. 26. ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς (τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας; ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται) ἐκεῖνος &c. Sole meridiano clarius dictum (præſertim vero parentheſin ut nonnulli perperam nuncupare ſolent) delere poteſt? Ponamus, quod & Vir Magnificus nuper monebat, explicationis loco parentheſin ibi jacere, quod etſi contrarium multis argumentis oſtendere poſſim, tamen & id non inficias eo. Nam

τὸ πνεῦ-

τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας inquit, ut ἀπὸ τῆ ψευδῦς distinguat, quod decepit Achabum. Sed quorsum sequentia pertinent? Jam dixit supra παρὰ τῦ πατρὸς, quid itaque opus erat rursus ὃ παρὰ τῦ πατρὸς addere? Ostendit supra, apud Patrem suum Spiritum Sanctum esse, sed hoc non sufficiebat ad Spiritus Sancti Deitatem probandam. Namque & omnes creaturæ apud Patrem sunt. Igitur ut modum distinguat, quî Spiritus Sanctus apud Patrem est, addit τὸ, ὃ παρὰ τῦ πατρὸς ἐκπορέυεται.

Quod autem res ita se habeat, audiamus etiam de se hoc modo loquentem Christum: Cum enim alibi de se diceret ego ἐν τῷ πατρὶ κὴ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, addit in alio loco, ἐγὼ ἐκ τῦ Θεῦ ἐξῆλθον κὴ ἥκω. Sicuti igitur hic a solius Patris sinu Filium exisse & in mundum venisse credere religiosissimum est, ita etiam Spiritum Sanctum, per hæc verba: ὃ παρὰ τῦ πατρὸς ἐκπορέυεται a solius Patris ore ἐκπορέυεσθαι αἰωνίως credere fas est, in ἰδιώμασιν enim personalibus, etiamsi particula μόνον, non addatur subintelligitur tamen.

Jam vero quod ad missionem Spiritus

Sancti pertinet. Si lexcenta SS. pp. teſtimonia taceam; & Ἀθανασίου illud αὐτὸς γὰρ αὐτὸ (τὸ πνεῦμα ſcilicet) ἄνωθεν ἔπεμψεν ὡς Θεὸς, καὶ αὐτὸς αὐτὸ κάτωθεν ὑπεδέχετο, ὡς ἄνθρωπος. Vel iſtud rem optime declarabit, Spiritum Sanctum à ſolo Patre ab æterno procedere. Nam quandocumque Filius de miſſione Spiritus Sancti loquitur, nunquam ferme Patris perſonam reticuit; ubi vero Pater de Filio aut Spiritu Sancto verba facit, plane ἀϕηγηπικῶς loquitur: ita enim de Filio loquitur pater: ἐγὼ σὲ ἐωσφόρον γεγέννηκά σε. Non vero minus de Spiritu Sancto qua de re multa quidem & pene infinita loca citare poſſum, ſufficiens tamen vel illud Joëlis Prophetæ mihi videtur: καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα καὶ ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου &c. 2. ℣. 28. Ita vero Filium de Spiritu Sancto locutum unquam fuiſſe haud memini me ullibi legiſſe.

Quod autem Patrem hic propheta intelligat, non modo ex contextu clariſſime patet, ſed etiam Servator noſter multo dilucidius Apoſtolos ſuos docuit: Luc. 24. ℣. 49. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός &c. Ubi igitur illa promiſſa ἐπαγγελία Patris peracta eſt, quam in Act. Apoſtolor. 2. ℣. 17. καὶ ἔσ-

καὶ ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις &c. Quod autem Filius id velit, quod Pater ore Joëlis prædixit, constat tum ex loco, ubi Apostoli congregati fuerant, tum ex ipsa ἐνεργείᾳ Spiritus Sancti.

Deinde alterum exsurgit dubium, quod nempe, si Spiritus Sanctus à Filio quoque ὑποστατικῶς procederet rectius produceretur, ut à pluribus Personis tanquam ab uno Deo in hoc theatro productæ sunt. Patet hoc cum ex ipsius Dei verbis, Genes. I. v. 26. καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς δεῦτε καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον. &c. Tum à θεοπάτορ. David Psal. τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Jam vero Spiritum Sanctum juxta vestrum, imo Romanorum dogma ab ὑποστάσεως Filii, non vero à Deitate ejusdem. Nam Deitas, ut vera θεολογία postulat, ἔκ τε γεννᾷ, ἔκ τε γεννᾶται ἔκ τ' ἐκπορεύει ἔκ τ' ἐκπορεύεται, alias enim sequeretur & patrem habere principium ἐξ οὗ & Spiritum Sanctum sibi ac ὑποστάσεως suæ originem esse, quippe Deitas æque ac in eadem prædicamento tribus Personis prædicatur, quapropter ὑποστατικῶν ἰδιωμάτων, procedere & procedi proprium est, & ita credendum ne confundantur τὰ καλῶς καὶ ἁγίως in Scripturis SS. κειμένα.

Hisce

Hisce ita sese habentibus, adde quod ὑπόστασις Filii nullo modo cum Patris identitate sive ἑνότητι concurrat; Si enim hoc nihil obstaret, quin producendo Spiritum Sanctum eadem ὑπόστασις esset Patris ac filii, atque in Deitate, non τρίας sed δύας potius esset, quod quam ἐλάσφημον sit, illi videant, qui primi hoc introduxerunt, non dogma, sed σκάνδαλον Ecclesiarum. Taceam jam quod ex hoc dogmate, duo principia ἐσωτερικὰ in Deo oriri possint. Quod pluribus declarare conatus fuissem, nisi Ars Divina, cui operam navo, nec silere, nec præterire tamen absque taxatione id possum; quod videlicet, si Patris ac Filii ὑποστάσεις in hac ἐνεργείᾳ Spiritus S. separatæ seiunctæque sint, uti omnino debent, eundem duo habere principia, necesse erit, unde pluralitas principiorum creaturam arguit, ut supra ostendimus clarissime.

Deinde impotentiam Patris hoc arguit, si sibi adjutorem Filium, ad producendum Spiritum Sanctum adjungeret, necesse esset, cum πηγὴ καὶ ῥίζα Deitatis solus Pater sit, ut omnes ferme venerabilis istius antiquæ Ecclesiæ Antistites loquuntur, & ut Paulus loquitur, Eph. 4. ℣. 6. εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων. πάντων μὲν ὡς πατὴρ, ὡς ἀρχὴ καὶ πηγὴ &c.

Atha-

Athanaſ. m. p. 204. de Spiritu Sancto Tom. 1. quod tamen non ita ſe haberet, ſi & à Filio Spiritus Sanctus procederet. Rurſus nec ullibi nobis conſtat à Patre Filium hanc vim Spiritum producendi accepiſſe, imo nec credibile quidem eſt: Dubia enim inde graviſſima ac plurima oriuntur (1.) quod Filius haud æqualis Patri in hac parte eſſet, quippe Pater addiderit quidquod ille è natura ſua non habuit, nam natura Filii id non poſtulat, alioquin alium & ipſe Filium genuiſſet, atque πολυθεΐαν imo ἀθεΐαν nobis induceret. (2.) Si Filio vim producendi Spiritum Sanctum traderet, cur non item Spiritui Sancto ad Filium Dei generandum, cum ſint non modo coæquales, ſed etiam coæterni & conſimiles βλαςὸι ex eadem radice, Patre videlicet. (3.) Sequitur Spiritum Sanctum fœcunditate intrinſeca minus Filio habere. Filius enim juxta ὑπόθεσιν veſtram duas habet intrinſecas ἐνεργείας, unam paſſivam, qua naſcitur, alteram activam, quâ Spiritum Sanctum producit, Spiritus autem Sanctus unicam tantummodo, quâ proceditur nempe.

Tacebo jam abſurdiſſimam illam conſequentiam, quæ ex hoc dogmate facillime infertur, Filium eſſe priorem prioritate, ut φύσει loquuntur, non ordinis, neque χρόνῳ

νοία, sed re ipsa ac tempore, quod pluribus Macedonistarum probari potuisset, Spiritumque Sanctum creaturum ostendere. Et profecto ego illos, qui aut Patrem Filio, aut Filium Spiritu Sancto priorem prioritate intellectus, aut ordinis, dicunt nonnisi impios Atheosque existimo; Non quasi in Deo ordo non esset, sed, ut cum Sancto Chrysostomo loquar: οὐ φοβεῖται ὁ ἄνομος ὡς Θεοῦ φύσιν διέρευνόμενος καὶ τολμῶν λέγειν τὰ ἄῤῥητα, καὶ δημοσιεύειν τὰ ἅγια. Καὶ εἰκότως, ἐπειδὴ ἀγνοεῖ τὴν ἀλήθειαν. Et paulo post. κηρυττέσθω πνεῦμα ἅγιον ὑψούσθω μονογενὴς, δοξαζέσθω ὁ πατήρ. μηδεὶς ἀνατετράφθαι τὴν ἀξίαν νομιζέτω, εἰ πνεύματος πρώτου μνημονεύομεν, εἶτα, υἱοῦ, εἶτα πατρός. &c. οὐ γὰρ ἔχει pergit S. P. τάξιν ὁ Θεὸς οὐχὼς ἄτακτος ἀλλ' ὡς τάξιν ὑπερέχουσα & plura quæ ibi sequuntur, ut est in eodem; ἀλλὰ ταῦτα οὕτως ἐνομίσθη παρὰ ἀγνώμοσι κριταῖς παρὰ δὲ ἀληθείᾳ (α) δικαζούσῃ, καὶ ἀποστολικῇ ψήφῳ τὴν νίκην (β) φερούσῃ, ἀδιάφορον, καὶ υἱοῦ πρῶτον μνησθῆναι, καὶ πατρὸς, καὶ πνεύματος ἁγίου &c.

Nos itaque cum sanctissimis illis Patribus etnentes, nihil prius, nec posterius in Divinis

(α) lego δικάζουσι.
(β) lego φέρουσιν.

nis esse credimus, sed ἅμα τὸν υἱὸν γεννᾶσθαι καὶ τὸ πνεῦμα, ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς πηγῆς τε καὶ ῥίζης, ἔκ πατρὸς scilicet ab æterno ἐκπορεύεσθαι.....

Denique qui illud verum esse potest S. Scripturam omnia ad salutem necessaria continere, siquidem vel maximum *Articulum* de Sanctissima Trinitate in aëre, ubi ideæ intellectus hominum versantur, quærere oportet? Illum vero qui haud recte, & ut revelatum est, sed suis rationibus de sanctissima Trinitate fingit sibi fidem, nullatenus Christiani nomen sibi vindicare arbitror. Nam ut antea ostendimus, nulla consequentia firmo talo nixa contrarium nobis (nisi ratione humanâ conjecturare velis) quam quod Spiritum S. à solo Patre, ut & Filium, procedere docet, demonstrare potest? Sed cum alia haud pauca dicenda haberem hîc pedem sistere volo, ne longioribus ἐφόδοις summo Viro molestus ac nimium audax videar. Nam cum neque doctrina, neque ingenio, neque ætate ullo modo tecum comparandus sim, nolo cum eruditissimo Viro lites hujusmodi de rebus movere, sed petitis saltem Tuis, pro modulo ingenii mei satisfacturus, unicum hoc impense Te rogo atque obsecro, ut & hæc vilissima legas μακροθύμως, & ex lampade fulgentissima Tua, meæ deficienti oleum φιλανθρώπως comministrare haud graveris, eruditione ignoranti succurras, & abergantem in rectam tramitem amore Chri-

stia-

stianitatis deducere velis, bene ac feliciter valeas!

Alexander Helladius Theologiæ Cultoribus S. P. D.

Θεὸς τὸ ἀϊδὲς οὐκ ἔχει τῶν πνευμάτων,
Ἔχει τὸ τελτὸν ἀδενὸς τῶν σωμάτων.
Αὐτὸς μεταχὼν ἀ ῥεύσης πτερύδος,
Αἰθηπικῆς πίφυκεν ἔξω πεντάδος.
Κίνησιν ἀ πάχει ἢ ἀτωλῆς ἐξάδος,
Φέρει τὸ σεπὸν τῆς ἀείσης ἑπτάδος.
Τελὰς μόνος πίφυκεν, εἷς ὢν τλὼ φύσιν,
Καὶ τρεῖς ὑποστάσεις ἑνὸς Θεῦ, λέγω,
Λόγον Πατρὸς, ϗ πνεῦμα Πατρὸς, ἐκ Πατρὸς,
Λοιπῶν σιωπὴ λωΐον ῥῆμα βροτοῖς!

Soli Deo Gloria.

Errores in hocce opusculo commissi, quia plurimi in orthographiam Græcam peccant, facile B L conjecturare potes, alios Librarii, alios Correctoris (utpote linguæ vulgaris Græcæ non bene instructi) alios denique incuria hypothetæ irrepsisse; quare ut tuâ industriâ corrigas, meque excusatum habeas, etiam atque etiam rogo.

Pag. 14. incapabies, lege incapables, p. 16 ἐαρτῶν l. ἑορτῶν. ibid. ὑγγροβλ. l. ὑγγροβλ. ibid. τυποθ. l. τυπωθ. p. 17. Hos libros Ecclesiasticos. l. Hi libri Ecclesiastici. p. 20. typographio, l. typographium. p. 29. ἐτέρεσι, l ἑτέροισι. p. 35. fecit, l. fecerunt. p. 40. hamuncion. l. homuncion. p. 42. ἀνεμώλων, l ἀνεμώλιον. p 43, declaranda, l. declarandi. p. 44 ἰλιγγᾷ, l. ἰλιγγιᾷ. p. 48. quopue l. quoque. p 49. ἔρως l. ἔρω. ibid. πᾶσι; πρὸς l. πᾶσι πρὸς. p. 50 χρατήσ. l. κρατήσ. ibid. verò l verè. p. 51. ἡδὶς l. ἥδις ibid. μὴ ἀδίκη, l. μὴ ἀδίκῃ. ibid ἐῤῥώσω, l ἐῤῥώσω p 52. ἤσθην, l. ἥσθην. ibid. ὑψηλοῦ. ἤτοι δεινοῦ τῷ &c. l. ὑψηλοῦ, ἤτοι δεινοῦ, τῷ &c. p. 53. ἀγαθῶν l. ἀγαθῶν. ibid. ὣς l ὡς. p. 54. τὰ l. τὸ. p. 60. Burunestum l. Bucurestum. p. 65. supplicacar. l. supplicar. p. 66. τῇ γροικᾷ l τὰ γροικᾷ. ibid. πρισότ. l. πρισσότερ. ibid. ἐδικὴν l. ἐδικὴν. p. 69. lingua parasang. l. lingua multis parasang. ibid. abastandissem. l. abastardissem. p. 73. Ἰακωβὸς l. Ἰάκωβος. ibid. πολλὺν l. πολὺν. p. 74 ὁ ἥλιος l. ὁ ἥλιος. p. 76. ἡμέπρον l ἡμέτερον. ibid. οἷ ἀν l. οἷαν. ibid. φιλαντομεν l. φιλαττόμεν. ib. πείσωμ. l. πείσωμ. p. 77. συμβουλέυει, l. συμβουλέυει. ibid. κηρυπόμ. l. κηρυττόμ. ibid. δυνάμιν l. δύναμιν. p 78. θεὸν l. θεὸν. ib. ἀνξόιξω l. ἀνοίξω. p. 81. prodieruut l prodierunt. ibid. ἁγίον l. ἁγίαν. p 82. ὄνον l. οἶνον. p. 83. λέγουντος, l. λέγωνται. ibid. ἐν ἐφύσ. l. ἐνεφύσ. p. 84 τὴν εὐαγγ. l. τὸν εὐαγγ. ibid. φαίνετε, l. φαίνεται. ibid. ἐν l ἐν.

p 85 μὴ πῶς l μή πώς. ibid ἐπικτίνας l ἐποκτείνας. ibid. συναρμολογημένοι, l. συναρμολογημένη p. 86. Græcum â, l. Græcum à. p. 89 ὀγδόλιω l. ὀγδόλιω. p. 90. λέγοντε l. λέγονται. ibid. ἄρχοντε l. ἄρχονται. p. 92. γεννητητιω l γεννητικὼ. ibid. τῆς δ' ἡμέρας l. τῆς (δ') ἡμέρας. p. 93. εὑρηλαθως. l ἔυρη λαθως. p 95. Impudentes l. Impudenter. ibid. cæcæ l. cœcæ. ib d. atticiſſime, l. atticiſſimi. ibid. ἐνθείαν, l. ἐυθείαν. p. 96. ἀχανὲ l. ἀχανὲς. p. 101. maturatateni, ingenii, l. maturato ingenio. p. 103. ἦον, l. ἧον. p. 105. intelligant, l. intelligat. p. 106. βαισίλεων l. βασίλεων. p. 107 νὰ μάθε l νὰ μάθεν. ibid. Poligrammateis, l. Poligrammateos. p. 111. *Geſtringer* l. *ſtrenger*. p. 112. Scheberus, l. Seberus p. 113. Scheberus, l. Seberus, *& ſi alibi occurrit*. ibid. ἤγὲν l. ἤγεν. p. 115. ἡλιαιῶν l ἡλιαικῶν. p. 120. çnim l. enim. p. 121. μνήμη μοι l. μνήμεω μοι. p. 122. ὦ ἔθνη l. ὦ ἔθνος. p. 123. εἰ ὦ ἔθνη l. εἰ ἔθνη. ibid. ϛυχάσω l. ϛυχαθῶ. ib. δίσω l. δόσω. p. 124. ἀνσυγκεκλ l ἀνσυγκεκθ. ibid ἀστεθεκτη l. ἀστεθεκτη. ibid. φαίνεαι l. φαίνεται. ibid. ϖεθοικότα l. ϖεθοικότα. p. 125. μύζαν l μύξαν. p 135. l. 6 paucas l. paucos. p. 143. lin. 10. lege Φραγιδονυχαρχοκομῆται. p. 151. lin. 8. prætereа l prætereo. p. 153 l. 14. alluhe, l. alluche. ib d ſolicitudive l. ſolicitudine. p. 154. ſouſe. p. 155. Docens, lege Oriens. p. 158. ſiouſies l. jalouſies. ibid. acin, l. afin. ibid. mouvais l mauvais. ibid. visque, l. puisque. ibid. Occident aux l. Occident aux. p. 159. quos l. quas. p. 161. *& paulo poſt* dele. p. 162. ſerviſſi l. ſerviſi. p. 163. maſtieando l. maſticando. ibid Firanceſi l. Franceſi. ibid. exiguis, l. exiguus. p. 165. reor. l. reos. p. 167. fru-

ctus

ctus l. fluxus. p. 169. canine l. Canone. p. 171. sine uno l. sine ullo. p. 172. ac adversariis l. ac ab adversariis. p. 176. adhibent l adhibere. p. 179 intimus l. intimius. ibid. instituenеorum l. instituendorum. ibid. milles l. millies. p. 180. se jungi, l. sejungi. ibid. in scoliis ἠὸς l. ἠός & ἠὲ. p. 181. denn l. dann. ibid. wenn l. wann. p. 19. νός l. δός. p. 192. Woodreffius l. Woodroffius. p. 196. κύρη l. κόρη. p. 197. ὀφρυδία, l. ὀφρύδια p. 197. verum l. vero. ibid. φιμιάτροις l. φιλιατροῖς. ibid. ausem l. autem. p. 198. qui aratura, l. qui aratra. p. 200 concalatio l. concalcatio. p. 201. ἀρνοπερ l. ἀργοπερ. p. 203. maximo opere l. maximopere. p. 205. iitteris l. litteris. p. 206. ὁ βιὸς. l. ὁ βίος. ibid. εὐρίσκειτο l εὑρισκετο. p. 207. εφθείραιτο l εὐθειρετο. ibid. πατριάργυ l. πατριάρχυ p 215 vexillifes l. vexillifer. ibid. βάττα l. βάντα. p. 217 ad quæ intelligenda l. ad quas intelligendas. p. 219. Laryssa l. Larissa. p. 221, ὑπόστασες l. ὑπόστασεις. p. 228. & nihil, l. ut nihil. p. 232. Διαθήνη. l. Διαθήκη. p 234. quid vide l. quod vide. ibid. Evangelica Lutheranos l Evangelico-Lutheranos. p. 236 ἐκείνιας l. ἐκείνας. ibid. ὅι, τιλογῆς l. ὅτι λογῆς. p. 238. emissi, l. omissi p. 241. ortaxui, l. ortaküi p. 243. hærendo, l. terendo. p. 244. ἂν, l. ἄν. p. 248 multis Angl. l. multi Angl. ibid. effingiendo, l. effingendo. p. 250. facto l. pacto. p. 252. in humanam dignitat. l. in summam dignitat. p. 255. ὁ μῦ l. ὁμῦ. p. 256. Jan. accepit, l. Jan. accepi. p 257 Liburnum l Livurnum p. 259. τὴν τὴν l. τὴν. p. 260. infide, l. in fide p 263 ἐπῆς. l. εἰπῆς. p. 264. Italo-Gallicum l. Italo-Gallicam. p. 264. ἀποκρισιτάρην, l. ἀποκρισιάρην.

p. 265.